mes
Tacit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10




Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

A mf 20

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

Jacobus Wuytiers

KW 235
E 10

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

20

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10



INSTITVTIONES AULICÆ,

Nunquam editæ;
Ex C. Tacito cum primis, ſed et aliis Hiſtoricis, ab authore in-certo privatim traditæ; & jam
Ab *EVSEBIO MEISNERO;*
editore, publico donatæ.

Amſterodami
anno Apud Lud. Elzevirium. 1642

C.V.Dalen. ſculp.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

Koninklijke
Bibliotheek
te 's Hage.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

Nobiliſſimis, Magnificis, ampliſſimis, conſultiſſimis, ac prudendentiſſimis viris:

D. CORNELIO vander MYLE, equiti; domino in Mylen, Dubbeldam, Antonis Polder, Alblas, &c. Ordinis equeſtris aſſeſſori:

D. IACOBO CATS, equiti; Ordinum Hollandię conſiliario, & ſupremo ſyndico:

D. GERARDO SCHAEP, V. I. doctori, & in Amſterodamenſi republica conſuli:

Vniverſitatis literariæ Leidenſis præfectis & curatoribus, dominis meis ſpectatiſſimis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

EORVMQVE COLLEGIS,

Dominis conſulibus civitatis Lugduno Batavæ:

D. ADRIANO à STAVEREN:

D. IACOBO à BROUCKHOVEN, Iuriſconſulto; & in illuſtriſſ. ac præpotentium DD. Ordinum Generalium conſeſſu, nomine Ordinum Hollandiæ, deputato; Rhenolandiæ quæſtori:

D. ROBBERTO à ROSSVM:

D. THEODORO KETH,

ET

D. IOANNI à WEVELICHOVEN, Iuriſconſulto, & reipublicæ Lugduno Batavæ ſyndico, dominis curatoribus à ſecretis.

Ne

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

S. P. D.

NEceſſitas, dignitaſque, præſentis Libelli, cujus editor ſum, non author, VIRI NOBILISSIMI & GRAVISSIMI, exigere à me videbatur mihi, ut non tantum illius edendi cauſſas & occaſionem heic lectoribus explicarem, ſed, qui ſub immunitate veſtrâ per complureis heic bonis literis, literatiſque, meam navavi operam, eidem quoque, licet exiguo, nomina veſtra illuſtria inſcriberem.

Libelli neceſſitas inde conſpicua, eſt (nec prolixâ proba-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

tione id eget,) quod nulla Latina ſcripta ſub hoc titulo & methodo, pauca certe ſimilia in aliis linguis, ſed alius farinæ & inſtituti, publice proſtant. Itali & Galli, credo, talia quædam habent, ſed ſub aliis titulis, aliis diſcurſibus, & ad alios uſus inprimis; ſecus quam noſter, harum author; qui tantummodo (quod lector verum eſſe deprehendet) aulicæ vitæ prudenter tranſigendæ rationes & exempla, non abſque bono ordine plane, omnive methodo, in his Inſtitutionibus, quum ex aliis hiſtoricis, tum verò præcipue ex Cornelii Taciti Commentariis, (quæ hodie

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

hodie politicis noſtris ſunt Bibliorum inſtar,) omnibus proponit & commendat.

Eadem illa dignitatem Libelli vel nondum legenti inſinuant. Quæ non ex parvitate externâ, ſed internâ nobilitate, æſtimari debet. Quid opus eſt magno acervo & apparatu verborum, ſi compreſſâ & ſuccinctâ deformatione, quam quiſque quacunque circumferre ſecum poſſit, neque pauciora, nec indoctiora, tradita habeamus?

Author Libelli, vir eſt heic ſine nomine, ſed quem ipſæ Inſtitutiones arguunt in omni politicâ hiſtoricâque literatu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

râ eſſe eruditiſſimum & abſolutum, qui per experientiam propriam habet pleraque, ipſumque Tacitum in unguibus circumfert ſecum. Ideo verò heic ut ἀνόνυμος producitur, quia, de quo certus ipſe non ſum, id publice affirmare non poſſum.

Libellus mihi primùm deſcribendus à nobilibus quibuſdam ſtudioſis fuit concreditus. Cujus apographi manus me docuit, nec authoris loquentis eam fuiſſe, quæ tota erat Germano Italica grandiuſcula: vitioſitas autem, nunc hiatum, nunc inconcinnitatem, & moleſtum verborum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

ordinem, objectans, me ſuſpicari faciebat, quod ne quidem ab authore ipſo unquam deſtinato conſilio talis Libellus propria manu conſcriptus, ſed tantum inter nobileis ſuos quoſdam auditores, privato in collegio, tales coram, ex ſola memoria, & ore tenus, nullo ex ſcripto, recitatæ fuerint & propoſitæ Inſtitutiones. Quas dicti auditores, quantum potuerunt, in chartam exceperunt: poſtea, communicatis ſcripturis, quantum videbatur, explere conati ſunt, & perficere: tandem unus ab alio exſcripſerunt: manentibus iiſdem, aut ſupervenientibus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

ſubinde novis mendis; eorum ipſorum opera, qui, ſtudio perficiendi illa in quibus hærebant, ſcripturam reddiderunt in verbis imperfectiorem. Iu re ipſa verò (quod continenter tota Libelli ſeries evincit) nulla plane vis, nullum detrimentum apparet. Scimus, hoc minime novum eſſe, & in omnibus academiis contingere nonnunquam, ut ſummorum profeſſorum dicta, etiam illis inſciis, excipiantur ſtylo, promulgentur inter alios & alios, in ordinem redigantur, eouſque, ut tandem authores ipſi ſua nō amplius agnoſcant. Quod tamen adeo non inique

ferunt,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

ferunt, ut id totum in diſcentium ac diligentium auditorum vertatur laudem & commendationem.

Hunc Libellum quum exſcriberem; quum diligentis correctoris typographici natura jam inde à triginta fere annis penitus in meum ſanguinem & medullam intrarit: ferre non potui illa quæ minimo labore à me emendari poſſe videbantur; ſed moleſtū, quem dixi, & obſcurantem interdum verborum ordinem, lituris frequentibus traduxi, ac res ipſas deſideratis tranſitionibus illuſtratas ſemel & iterum conſtrinxi. Hujuſmodi luturas

quum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

quum nobiles, pro quibus ſcripſeram, improbarent, apographum meum in mea manſit manu & poteſtate; non abſque illorum aſſenſu, quod uti illo poſſim, pro lubitu ac voluntate ut meo.

Aliquamdiu poſt exhibui ſcriptum meum LUDOVICO ELZEVIRIO, typographo in Amſterodamo & bibliopolæ ſolertiſſimo & integerrimo, amico meo faventiſſimo. Is, re perpenſa, & communicato conſilio, operam dedit, quo ſciret nomen authoris, ut ad placitum ejus ad umbilicum perduceretur Libellus, potuit reſciſci. Exiſtimavit mecum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

tandem, digniorem eſſe hunc Libellum & utiliorem, quàm ut perpetim in ſcrinio lateat, & privatim tantum exſcribatur, nihilque publico proſit. Aſſenſit ergò, ut ſub EVSEBII editoris nomine prodiret in lucem; ea fini, ut, ſimul atque author eum publice proſtantem agnoverit, apud typographum ſeſe notum faciat, totumque elimet ac refingat ceu ſuam propriam creaturam, ad ſecundam accurandam abſolutiorem editionem. Quod judicium approbans & ego, meum quoque calculum ſtatim adjeci, hac Præfatione totum negotium explanare

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

cogitans, totumque Faſciculum Argumentis capitum, & appoſito Indice, amplificare. De reliquo, quum Indicem & Argumenta colligerem, in plura ſubinde σφάλματα manuum primum exſcribentium incurri, quæ ego in prima exſcriptione mea nondum obſervaram. Inter quæ σφάλματα erant & nominum propriorũ depravatio & confuſio. Perfeci & diſtinxi ex Tacito quidquid potui; ex aliis, quæ vacavit. Siquæ remanſerunt, meumque intellectum ſubterfugerunt, præcipue ubi libri me deficiebant, heic ego ſingulos non inhumanos lectores ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

æquitatis legem provocatos volo, & humaniſſime rogatos, ut aut ipſi emendent ſibi quod tenuitas mea non eſt aſſecuta, (qualia perpauca reſtare autumo,) aut in authorem ipſum differant, quē ſpero in ſecunda editione nihil relicturū quod ulteriorem manum requirat.

Nomina vero veſtra, *amplisſimi rei literariæ, publicæque, proceres*, huic Libello inſcripſi, non quod vos eo indigeatis, qui vitam triviſtis in aulis, quoſque in re aulica nil latet: ſed quia vos de talibus ſupra vulgares judicare poteſtis: & quia, ſub tantis nominibus quę prodeunt, multis eo ſolent eſſe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

gratiora & in majore æſtimio, quo doctiora ſunt in ſeſe, & utiliora. Accedit materiei raritas & nobilitas; & authoris qualitas; qui ipſe ſub calcem Libelli, ſe aulicum fuiſſe, ſubindicat, quando, ſe non amplius eſſe, his verbis innuit: *Mihi quidem* IAM *iſtorum uſus nullus eſt.*

Si tamen uſum reſpicio, neminem vivere credo, quiſquis hunc legere & intelligere potis, cui non utilis ſit futurus. Quis enim non vivit in aula? Vel, communis mortalium vita, ejuſque actus, quid aliud ſunt, quam dei creatoris una terreſtris aula? Et, quid eſt,

quod

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

quod in aulis Principum contingat, vel contingere poſſit, cujus ſimilia ſubinde in omni humana vita licet in aliqua differentia graduum & circumſtantiarum, non eveniant?

Quod præſentem Libellum attinet in ſeſe conſideratum; ſi hunc in unum argumentum redigere deberem, artemque feliciter in aulis vivendi paucis verbis exprimere & commendare; duobus id verbis unius apophthegmatis, Ἀνέχου καὶ ἀπέχου, me præſtaturum confiderem; niſi veteres Stoici Philoſophiam ſuam, quam alii MORALEM eruditionem

vocant, his ipſis circumſcripſiſſent. Verum enim, vita aulica, & conſequenter omnis humana vita, recte inſtituta & acta, quid eſt aliud, quam Stoicæ philoſophiæ, ſeu MORALIS eruditionis, praxis? His deinde complura veterum Græcorum dicta; Γνῶθι σεαυτόν. Μηδὲν ἄγαν· καιρὸν γνῶθι· Σπεῦδε βραδέως· Μελέτη τὸ πᾶν aliaque cognata, ceu conſectaria, ſubnecti poſſent.

Ne quis tamen putet, ex ethnicis præcipue ſcriptoribus & hiſtoriis talia ſufficienter addiſci poſſe; ſacram Davidis Ieſſæi vitam, aulæque hiſtoriam; ſimpliciſſimam ſimul, breviſſimam.

mamque omni numero tamen abſolutam, & exemplis omnifariis refertam, omnibus cœleſtis majeſtatis cultoribus perpetim ob oculos habendam eſſe cenſeo. Quod ſi quis, præter talem hiſtoricam & exemplarem inſtitutionem etiam dogmaticam & ἐγκαταληπτικὴν deſideret, inter alia, Solomonis, filii regii, & ſapientium mortalium coryphæi, habeat Proverbiorum librum. Nihil evenire in hominum vita poteſt, cui dirigendo regulam ille non aliquam breviſſimam, plureiſve, & ſingulas pluribus actionibus diverſis utileis, præſcripſerit. Hæc cum

reliquis ſacrorum Bibliorum voluminibus in perfecto catholicæ auditionis uſu conjuncta, ſola conſummatæ promiſſionem emendationis ac inſtaurationis humanæ vitæ habent: abſque quo erit, omnes noſtri conatus ac ſtudia publica, omnes conciones ac ſupplicationes ſteriliores ſunt & inefficaciores quam vellemus; publicis malis quotidie ingraveſcentibus, mundoque in exitium non eunte, ſed ruente. Nam, quum talibus, prout æternus legiſlator ubique in verbo ſuo interminatus eſt, propter humani verbi inexcuſabilem præſcriptionem, qua

crea-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

creatoris ac redemptoris Dei majeſtatē jam per mille quingentos continuos annos loco & throno ſuo excluſit, frui & uti, neu doctus, neu indoctus, nemo recte poſſit, ni quibus impromiſſa Dei gratia extraordinarie ſuccurrat: hinc eſt, quod perpetuo in ſabulum & arenam ſeminamus publice, & in amaris undis ventos & tempeſtates metimus. Tantorum malorum damna quum interdum ſentimus, cauſſam ipſam ignorare malentes; ut hujus rei defectui ſuccurrere velle videamur incautis; nudos modos noſtros abſque vera re perpetuò propinamus aliis; verbum noſtrum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

noſtrum peſſime cum prophetarum & apoſtolorum litera, factum identidem negitando, confundentes. Ad concinnandos, emittendos, & lambendos partus noſtros convertimus nos: ſyſtemata & quævis præcepta damus: ſumus quidlibet, politici, jureconſulti, polyhiſtores, theologi: ſcimus ea quæ ſunt, & quæ non ſunt: nullus paroxyſmus, nullum ſymptoma, in re publica occurrit, cui non parata habeamus in omnibus terris innumera recepta, quorum unumquodque, probatiſſimum ſit: & tamen mundus in malo ſuo rectà in exitium ruit quaſi

ſummo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

ſummo ſtudio ad id ipſum medicatus. Verum eſt; mundus ſenium ſuum agit: ſenio autem quum vires deſint quibus in rem ſuam convertat medicamenta; hinc pleraque fruſtranea fiunt, à pauciſſimis flaccida tantum efficacia illi communicatur. At, quid dicetur, ſi illa, quæ ab ſapientiſſimo legislatore pro mundi ſenio ſunt conſtituta, ut quæ maximopere neceſſaria, & quibus nemo carere debeat, peſſime & improbiſſime, non abſque extrema contumacia negligantur, data opera ignorentur, rejiciantur? Plura huic objectioui reſpondenda eſſent:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

ſent: ſed heic ſapienti ſat dictum: plurà aliàs, quum creator permittet, dicentur. In tam depravata conſtitutione ergo totum eſſe mundum, quum extra controverſiam ſit; ipſa cauſſa verò humanum præcipue verbum, (utinam vere eſſet humanum, & maneret tale!) quod, propter communicationem literæ ſcripturæ vult eſſe, & hactenus eſt, ſed immerito, ſupra verbum prophetarum & apoſtolorum: nulli terrarum parti meliora ſperanda ſunt, ſed quotidie deteriora, niſi veteris noviquę codicis verbum, quam illi majeſtatem πᾶσαι κλίσεις debent, perfe-

perfectam ſuam auditionem apud nos in ſingulis linguis ita obtinuerit, ut unuſquiſque viuentium, non tantum indoctior, & ἀναλφάβητος, ſed & doctiſſimi quique, ſi vel omnia memoriter teneant, quotidie tantum, quantum ſat erit, in eo, cum ſummo majeſtatis cultu & adoratione, audire poſſent. Quam diu ſecus ſit, omnes mortales, præcipue vero aulæ ipſæ, præcipue vero eccleſiarum publicarum moderatores, rei ſimus læſæ cœleſtis majeſtatis. Quod crimen, & ab eo dependenteis divinæ legis maledictiones, tantum abeſt ut à nobis ullo pa-

cto amoliri queamus, (niſi præſtetur inter nos à Chriſti ſpiritu id quod dico,) ut illi, quibus hactenus divina longanimitas ſupra alias nationes pepercit, in orbe percipiendorum. Iovinæ iræ ſuppliciorum ſimus futuri primi: donec tandem, deletis nobis viventibus è rerum natura propter contumaciam noſtram, creator ſibi novam gentem condat, in qua ipſe ſtationem ſuam publicam habeat, & in ſpiritu ac veritate recte adoretur. Verum de his alibi dicendi locus erit. Heic, cum venia veſtra, ad ipſas enarrandas authoris noſtri Inſtitutiones

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

nes aulicas rectà me accingo. Salvete, & valete, nobiliſſimi & ampliſſimi proceres. Ex Leida, primo Februarii. MDCXLII Gregor.

Nobb. & ampliſſ. nominibus V.V.

deditiſſimus

EVSEBIVS MEISNERVS

Baſil.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

INSTITUTIONUM AULICARUM

CAPUT I.

Finis aulicorum varius. Via, illi, quicunque ſit, potiundi gratia Principis. Ad hanc opus, ut innoteſcat Principi. Quidam ſplendore familiæ noti: alii proprio labore.

OMnes homines, qui recte & ordine inſtituere actiones ſuas cupiunt, principio finem, propter quem ſuſcipiendæ actiones ſint, conſiderare oportet.

II. Illi, qui feruntur ad aulas, non eundem ſibi præfigunt finem. Alios eo ſpes commodi ducit, alios ambitio & honorum mania.

III. Quidam cupiditate quâdam aliis imperandi trahuntur; quidam etiam (ut Seneca ait) deſiderio helluandi, no cendi, faceſſendive nego-

tium aliis. Pauciſſimis utilitas ac ſalus principis propoſita eſt.

IV. Via potiendi, quem quiſque ſibi fixit, fine, omnibus aulicis communis eſt gratia principis. In hac igitur aſſequendâ omnium laborat ſcientia, omnis deſudat labor.

V. Ad id, ut gratia principis fruaris, opus eſt, ut & cognitus ſis illi, & actiones moreſque tuos illi probes, vel aliâ ratione laudabili placeas.

VI. Sunt, quibus familiæ ſplendor, authoritas, ratione officii, (ſeu amplum illud, ſeu humilius; ſeu hæreditate, ſeu pecuniâ, obtinuerint,) aditum ad principem munivêre. Hi ergo noticiæ principis arrependi labore exempti ſunt, viamque fere dimidiam confectam habent.

VII. Quibus illa negata ſunt gravius inter prima principia laborant. Sed, ubi ſemel innotuerint principi, ita ut hic idoneos ipſos ſervitiis ſuis

judicet,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

udicet, evehuntur ſæpe ſupra alios: :o quòd, de humili loco, ſaltem paupere fortuna, ſublevati, ſubjectiores addictioreſque ſunt voluntai principis, quem, ut unicum autorem ſuæ dignitatis (creatorem barbare vocant) colunt demiſſius.

VIII. Diſpar ratio eſt magnatum qui nati tales. His dignitas vel muneris, vel familiæ neceſſitatem imponit tuendi honoris proprii, præferendique nonnunquam principis ſententiæ ſuam. Qui & alioquin ſæpe ad promovendos iſtos difficilior eſt æmulatione quadam, vel metu, ne authoritas ipſorum adverſus authorem inſoleſcat, quos nec reprimere ſine ſuo ipſiuſque principatûs poſſet diſcrimine. Contrà, oppreſſio ejus, qui ex humili adſcenderit, magis in proclivi eſt: ſolum, ſi illi tergum obvertat princeps, aut arbitrio magnatum, plærumque tales ægris

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

oculis adſpicientium, permittat, periit. Loquor de principibus cordatis, & qui potentiam, eorum quos amant evehuntque, limitibus certis circumſcribere ſciunt; non conferentes ad unum omne imperii robur, vel ipſos etiam proceres eï ſubjicientes. Quod factum nonnullis principum peſſime tandem expediit.

CAPUT II.

Viarum, ad principum gratiam aucupandam, duæ.

VIarum, quibus aulici ad gratiam principum, authoritatemque graſſantur, duæ ſunt, præ cæteris tritæ ac frequentes.

I. Una eſt, munera ac dignitates publicas ambientium, decurſoque per gradus hoc honorum ſpatio ad eum adſpirantium qui proxime a principali abeſt.

II. Altera, eſt eorum, qui aulam jugiter

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

jugiter ſequuntur, quærentes ſecretioribus principis negotiis innecti, & ad procurationes extraordinarias adhiberi.

III. Quarum poſtrema procul dubio breviſſima eſt, & ſignata veſtigiis illorum, qui in flagrantiſſimâ apud principes gratiâ fuere. Qualis apud Auguſtum Mecœnas: apud eumdem hunc, & mox ſucceſſorem ejuſdem Tiberium, Salluſtius. De quibus Tacitus Annal. 3. *Salluſtius quanquam prompto ad capeſſendos honores aditu, Mecœnatem æmulatus, ſine dignitate ſenatoriâ multos triumphalium conſulariumque potentiâ anteijt; diverſus à veterum inſtituto per cultum & mundicias, copiâque & affluentiâ luxui propior: ſuberat tamen vigor animi, ingentibus negotiis par, eo acrior, quo ſomnum & inertiam magis oſtentabat.*

 IV. Huic

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

IV. Huic ſimilis fuit Mella; de quo idem Tacitus, Annal. 12. *Mella, quibus Gallio & Seneca, parentibus natus, petitione honorum abſtinuerat per ambitionem præpoſteram, ut eques Romanus conſularibus potentiâ æquaretur: ſimul acquirendæ pecuniæ brevius iter credebat per procurationes, adminiſtrandis principis negotiis.*

CAPUT III.

Principi innoteſcendi variæ viæ.

INnoteſcendi principi, eidemque ſe probandi, variæ itidem viæ ſunt; pro diverſitate nimirum & ipſorum aulæ candidatorum, & temporum. Sunt, qui ipſi ſe notos reddunt actione aliquâ, inſigniter vel utili vel glorioſa, aut virtute probitateque non vulgari. Aliis commendatio aliena aditum ad principem aperit: fermeque hæc ratio cæteris uſitatior eſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

II. Principes tam eminenti ſupra cæteros loco agunt, tantoque etiam numero magnatum vel aulicorum emeritorum circumſepti ſunt, ægre ut novicius per tam denſum obſtantium agmen eluctari poſſit; niſi ſit, qui ipſum manu ducat, & ſtructo aditu velut admoveat; vel ipſe actione aliquâ inuſitatâ oculos in ſe omnium, atque adeo principis, convertat.

III. Memorabile factum architecti cujuſdam eſt, quem alii Dimocratem, alii Staſicratem appellant. Is noſci ab Alexandro Magno cupiens, quum omnes purpurati adducere eum ad regem abnuiſſent, conſilium capit, ultro ſe ipſum offerendi regi; nudum plane, oleoque inunctum; caput coronâ populeâ, humerum dextrum pelle leoninâ cinctum; dextrâ verò manu cæſtum tenentem. Nec mora; venit ille ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

hunc modum ornatus in conſpectum Alexandri, in tribunali tum ſedentis. Reï novitas traxit mox omnium oculos, ipſumque Alexandrum movit, ut adduci hominem juberet. Et, quanquam non approbavit quæ ille proponeret, ipſum tamen in cenſum familiæ aulicæ referri juſſit.

IV. Exemplum hoc adduximus, non ſuadendi animo, quiſquam ut ſimili nugamento inſinuare ſe amicitiæ principum quærat: ſed, ut oſtendam, eos, qui ſepoſiti ſunt, niſi ab aliquo, qui authoritate floreat, adjuventur, non eſſe idoneos findere tantam hominum, quæ principem circundat, turbam, niſi vel facinore, ut diximus, inſigni, vel caſu aliquo minùs uſitato, meruerit, quod Poëta aït,

--*digito monſtrari, & dicier, Hic eſt.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

CAPUT IV.

Mores, conditiones, inclinationes, & propenſiones, principis, & familiarium ejus, ab aulæ candidato internoſcendæ.

AUlæ igitur candidato, qui & noſci a principe & diligi cupit, conſiderandi ſunt mores conditionesque tum principis, tum familiarium ejus quibus plurimum confidit: nec minus magnatum, eorumque omnium, qui ipſi vel opem ferre, vel contrà, æmulatione, metu, invidiâ, odio, ſtudio, ſui vel ſuorum, abrepti, nocere poſſunt. Principis imprimis, neceſſe eſt, ut inclinationes perſpectas habeat, & conſuetudines, quæ plærumque tēperaturam corporis ſequuntur. Hæc verò etſi à cautis principibus tegatur, vix tamen eſt ut non erumpat denique, &, abjectâ veluti perſonâ, vultum oſtendat ſuum: quum omnes eorum actiones ita cunctorū oculis ſint expoſitæ, ut fieri

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

fieri non poſſit, quin ab aliquibus ſaltem advertatur quo tendant. Nonnunquam & gravitate negotiorum tam acriter ſtimulantur, ut, ſimulationum obliti, prodant ingenium. Tiberius ipſe, quanquam calidiſſimus ſimulandi artifex, tam bene ſcenam coactæ frontis ferre non potuit, quin omnes ejus artes dies paullatim in lucē produceret.

II. Sed cum aliorum hominum, tum principum inprimis, propenſiones variæ & propè infinitæ ſunt. Poſſunt tamen ad duo genera referri: quorum alterum eas complectatur, quæ magnitudinem eorum ſpectant; alterum, quæ voluptates.

III. Magnitudo conſiſtit vel in famâ, vel in opibus, vel in obſequio ſubditorum, vel denique robore ac fide exercituum. In his pro ut ſe res habuerint principis, ita accommodare operam oportet. Quod ſcite

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

qui fecerit, dum modò alias ob cauſſas non ſuſpectus aut exoſus ſit, haud dubie acceptiſſimus principi fuerit.

IV. Idem judica de voluptatibus affectibuſque principis vitioſis. Si is diffidenti timidoque ingenio ſit, gratum ei futurum puta delatorem audaci ingenio, quique nec invidiam potentium moretur, & promptus ſit exequendis principis mandatis. Qualem Tacitus Sejanum deſcribit. *Corpus illi*, inquit libro Annal. 4. *laborum tolerans; animus audax, ſui obtegens, in alios criminator: juxtà adulatio & ſuperbia: palàm compoſitus pudor; intus ſumma apiſcendi libido.*

V. Si ebrietate gaudet princeps, delectabitur eidem vitio addictis. Quam ob cauſſam Tiberius Pomponium & Lucium Piſonem dilexit. Suetonius de eo, cap. 24. in Tiberio:

Poſtea

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

Poſtea princeps, in ipſa publicorum morum corruptione, cum Pomponio Flacco & Piſone noctem continuumque biduum epulando potandoque conſumpſit; quorum alteri Syriam provinciam, alteri præfecturam urbis, confeſtim detulit, codicillis quoque jucundiſſimos & omnium horarum amicos profeſſus.

VI. Idem, Suetonio eodem referente, ignotiſſimum quæſturæ candidatum nobiliſſimis antepoſuit, ob epotam in convivio, propinante ſe, vini amphoram.

VII. Neroni libidinum ſocietas Tigellinum innexuit. *Validior Tigellinus*, inquit Tacitus, Annal. 14. *in animo principis ex intimis libidinibus aſſumptus.* Ita Petronius, *arbiter elegantiæ* (ejuſdem ſunt hiſtorici Annal. 16. verba) *inter paucos familiarium Neroni aſſumptus; dum nihil amœnum ac molle affluentiâ putat,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

[m]utat, niſi quod Petronius eï appro[b]aviſſet. Ad idem exemplum Com[m]odus & Heliogabalus cunctis im[p]erii dignitatibus præficiebant ho[m]ines licentiâ libidinum ipſis quàm ſimillimos.

VIII. Mutianus, non tam fidelis obſequii aut rerum geſtarum ergo, amatus fuit Veſpaſiano, quàm quòd explendæ iſtius avariciæ præ cæteris idoneus foret.

IX. Iſaacio Angelo, qui poſt mortem Theodori imperium tenuit, eadem avaricia puerum quemdam, ærarii rationibus præfectum, quanquam rudem pæne ſcribendi, percarum reddidit, ob ſpem tantum participandi de muneribus, quæ ille ſubinde aſſequebatur largiſſima ab his qui operâ ejus uterentur.

X. Manuel Comnenus, imperator itidem, aſperum aliquem exactorem, callidumque eliciendis tri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

butis artificem, nummoſque prodigalitati ipſius largiter ſuffecturum, diſpiciens, Joannem Pucium, legit; hominem rudem, moroſum, difficilem aditu, intolerabili aſperitate; verbo,

Procuratorem vultu qui præferat ipſo.

Nec ſatis; eo illum authoritatis evehit, ut non tantum omnes aliorum dignitates ſupergrederetur, ſed & edicta principis, ordinationeſque ſenatûs, abrogaret; prætextâ, vel familiaris rei curâ, munera imperii maxime neceſſaria recidens; qualis erat triremium cuſtodia, præcipuum imperii robur.

CAPUT V.

Principis affectibus, an, & quomodo obſecundandum? Aula item, ac publicæ functiones, quomodo, & cur à probis capeſſantur?

VErum eos, qui principi grati eſſe cupiunt, obſecundare debe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

e affectibus ejus, res eſt non notiſ-
ma ſolum, ſed & uſu aulicorum
uotidiano nimis comprobata.

II. Mirabitur hoc vir probus; co-
gitabitque, intercludi ſibi aditũ ad
aulam regulâ ejuſmodi, quâ ſequi o-
mnes inclinationes principis jubea-
tur; quum deviæ ſæpenumero illæ
ſint à rationis honeſtatiſque orbitâ.

III. Equidem, eum, qui vitam a-
gere volet penitus innocentem, re-
motamque à conſuetudine homi-
num malis artibus genioque ſuo ad-
dictorum, rectius ſibi conſulturum,
exiſtimem, ſi ſe abſtineat ab aulâ
(ut ita loqui nobis fas ſit) grandi
meretrice, & quæ nonnunquam in-
tegerrimos & illibatiſſimos viro-
rum corrumpit.

IV. Talis corruptionis unum &
alterum exemplum videamus. Fe-
ſtinus Maximini familiaris, Valen-
tiniano Imperante, Aſiam mirificâ

lenitatis modeſtięque famâ rexerat; acris reprehenſor violentiæ, crudeliumque factorum Maximini, & calumniarum, quibus iſte in rem ſuam plurimos circumveniebat.

V. Sed, animadvertens, quòd iſtis modis ſocius ſuus prætoriis cohortibus præfectus eſſet; quæ dignitas uni imperatoriæ ſecunda erat: mutavit & ipſe vitæ rationem, &, Maximinum imitatus, crudeliter injuſteque multa agebat.

VI. Joannes Pucius (cujus & paulò ante facta eſt mentio) negotia pecuniaſque imperatoris Manuelis magnâ aliquamdiu integritate adminiſtravit. Quo effecit, ut æquioribus animis faſtus imperatoris & inhumana agendi ratio toleraretur. Sed tandem, animo (ut Nicetas teſtatur) ad opum ſtudium applicato, aliis munerum ejuſmodi adminiſtratoribus avariciâ nihil

ceſſit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

ceſſit, &, ad idem faciendum, amicis quoque ſuis author fuit. Ex quibus eum plærique, exemplo corrupti, ſecuti ſunt. Alii, quanquam meliores, neque corrupti ipſi, corrumpi tamen alios paſſi ſunt, metu exitii, quod auſuris illi opponere ſeſe immineret.

VII. Ariſtides, re & nomine juſtus, ab Athenienſibus ærario publico præfectus, primùm, ingenio ſuo virique probi officio ſatiſfacturus, curæ habebat, impedire, ne cæteri, quibus præfectus erat, ærarium depecularentur. Illico iſti peculatus illum agere reum, &, qui unquam fuerint, furum rapaciſſimũ clamare. Parumque aberat quin condemnaretur. Tandem tamen abſolutus, quum prorogatum ei munus eſſet, conſilium cepit, imitari cæteros qui ſibi præiviſſent, & ad furta collegarum connivere. Ita mox viri boni

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

nomen judicio omnium aſſecutus eſt.

VIII. Adhuc talia in pleriſque principum aulis uſu veniunt; ſeu maliciâ illorum, qui ſunt iſteic authoritatis præcipuæ, & viros probos cum opprobrio adſpiciunt; ſeu imprudentiâ & ſtupiditate principum ipſorum.

IX. Eſt igitur difficilis in aulâ cuſtodia probitatis. Attamen, ſi quis, neceſſitate fortunæ ſuæ, vel ſplendore generis, vel muneris dignitate, vel patriæ aut amicis ſerviendi deſiderio impulſus, aut etiam à principe vocatus, hoc vitæ genus ſubierit; perſiſtere in eodem, quantumvis bonus ſit, meo judicio, poteſt, ſaltem tolerare vitam ibi aliquamdiu, &, pro re natâ, non ſibi tantùm, ſed & aliis inſervire.

X. Loquor de aulis principum aſperrimorum. Nam, vivere in aulâ prin-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

principis ſapientis, & qui viros honeſtos amet, longe minus difficultatis habet.

XI. Olim viri probi functiones publicas non ſemper ſtudio res publicas utiles gerendi ſuſcipiebant, ſed interdum etiam, ut malis ad eaſdem interciperent aditum. Eædem cauſſæ ſunt, cur illi ad tyrannos, principeſve voluptatibus deditos, quærere ſibi debeant acceſſum: nempe, ut, ſi minus fronte apertâ, oblique ſaltem, certe quantum in ipſis ſit, mala pernicioſaque principis conſilia impediant, ſive remorando male conſulta, difficultateſque aliquas iiſdem objiciendo, ſive alia mitiora plauſibilioraque ſubjiciendo.

XII. Burrhus & Seneca, pro ratione temporũ illorum, habiti non tantùm viri, ſed & aulici optimi, quum, rectores Neronianæ juventæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

dati, animadverterent ingenium principis hujus lubricum ac in libidines proclive: ne in ſtupra fæminarum illuſtrium erumperet, libertæ amorem illi conceſſerunt, quo aliquamdiu furorem ſuum reſtinxit; aſſumpto in tegumentum libidinis familiari Seneca Annæo Sereno, qui, *amorem in eamdem libertam ſimulans, palàm largiebatur* (verba Taciti, lib. 13. Annal.) *muliercula, quæ princeps furtim tribuebat.* Ita vir bonus luxum, licentiam, conſiliaque perverſa, impedire nequiens, divertet ſaltem illa, flectetque eo, unde minus periculi & publico & famæ principis emerſurum ſit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

CAPUT VI.

roborum virorum in tyrannorum ac diſſolutorum aulis raritas & conditio. Malorum ſeges, & ars probandi ſeſe principibus.

FOrſan dicet quis, evenire perrarò, ut tyrannus vel princeps diſolutus hominem probum adjungat ſibi. Nec ego diffiteor, rarum d eſſe, ſed idem tamen aſſero, paucas eſſe domos principum, in quibus non aliquis ſaltem reperiatur probus, ſi minus vocatu principis, ſaltem deſiderio bonis commodandi, malorumque potentiam infringendi, eo pellectus; ſuamque ſtationem illic, auxilio meliorum aut benevolentiâ nitens amicitiaque alicujus magnatis, tueatur: ſervato inprimis ſalubri illo Lepidi, quem Tacitus Annal. 4. boni & ſapientis aulici exemplum proponit, temperamento, qui nec abruptâ contumaciâ irritaverat principem, nec deformi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

mi obſequio in omnes ejus libidines conſenſerat.

II. Idem Tacitus Labeonem & Capitonem commendat. De quibus loquens, *Illa ætas*, inquit, *duo pacis decora ſimul tulit. Sed Labeo, incorruptâ libertate, & ob id famâ celebratior; Capitonis obſequium dominãtibus magis probabatur.* Annal. 3.

III. Non infitior, pluribus viro probo, quàm alii, conſtituram difficultatibus vitam aulicam. Sed laborem hunc major quoque gloria, major animi voluptas, ſolabitur. Quinimo, ſi ſapienter agat, ſeque accommodet iis quæ videt mutari non poſſe: auſim dicere, peſſimo etiam principi carum tandem fore; cariorem certe aliis ſequioris notæ, qui raro debitâ fide principis negotia tractant; vix tanta certe, quin majorem ſibi quiſque à bono viro jure promittat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

IV. Atque eo ſpectat Salluſtii & Mecœnatis conſilium; quo ille Julio Cæſari, hic Auguſto, bonorum virorum dilectum amicitiamque commendat; quòd illos exiſtimationis cura, & conſcientiæ religio, a rebus inhoneſtis validius, quàm alios pœnæ metus, aut virium imbecillitas, cohibeat.

V. Cæterum, ut diximus, uberior ſemper in aulis eſt malorum ſeges. Qui duabus maxime rebus ſeſe principibus probant. Primùm adulando, &, quidquid imperare lubitum fuerit, explendo; idque tanto ſervilius, quanto ſpes major commodi allucet. Deinde, quòd placent ſibi principes, quum habent, quorum comparatione, quamvis mali ſint, boni videri poſſunt. Sunt etiam, qui ſecuriorem ſibi inter ſui ſimiles vitam fore arbitrantur.

VI. Dionyſius tyrannus, rogatus,

ut

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

ut aulâ ſuâ pelleret quemdam, qui ob ſcelera odia omnium incurrerat, retinendum ſibi illum reſpondit, ne unus ipſe aulæ ſuæ exoſiſſimus foret.

VII. Habent hoc ii, qui vitiis aliquibus ſeſe obnoxios ſentiunt, ut ſpeciem ſibi probitatis circumdare ament comparatione deteriorum. Vetuſque regnantium artificium eſt, imparem deligere ſucceſſorem, ut ipſorum facta tanto meliora atque illuſtriora appareant. Nec Auguſti, dum Tiberium adſiſteret ſibi, cujus arrogantiam ſævitiamque perſpexerat, nec Tiberii, quum Caligulæ traderet imperium, aliam fuiſſe mentem, author Tacitus eſt.

VIII. Inprimis autem, in ſermone ſobrius ut ſit vir probus, neceſſe eſt. Nam principes rarò talium ferre libertatem ſolent. Nec Platoni illa, in Dionyſium Syracuſanum uſurpata, bene ceſſit. Propter eam natæ

cuidam

quidam traditus, & in Cretâ inſulâ vendi juſſus eſt. Unde, à philoſophis quibuſdam redemptus, monebatur, aut abſtinere à principum convictu penitus, aut ad eorum placitum loqui.

IX. Simili conſilio Ariſtoteles Calliſthenem, cognatum ſuum, Alexandrum comitari parantem, inſtruxit: nempe, ut & rariſſime, & non niſi placitura, loqueretur ei, qui vitæ poteſtatem in acie linguæ portaret.

CAPUT VII.

Adulari apud quos, quandonam, & quomodo, oporteat. Adulationis veræ & liberæ conditio. Aſſentandi vel adulandi neceſſitas.

ALiter fieri non poteſt; oportet interdum adulari apud tali ingenio principes, ut illos devincias tibi. Sed non quovis modo adulandum. Nam nimiùm ſordida & ſervilis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

vilis adulatio diſplicuit etiam Tiberio. Quem, curiâ egredientem, in hunc modum loqui ſolitum Græcis verbis. *O homines ad ſervitutem paratos*, memoriæ proditum. Verba ſunt Taciti, Annal. 3.

II. Eſt ergo, quum uſurpata, ęque ac omiſſa, adulatio nocet. Fit enim ſæpenumero, ut is, apud quem aperte adulamur, ſibi dolum ſuſpectet. Oportet, aliquid adulatio habeat ex verò, & ex ſpecie libertatis, (judicium eſt Æſchinis & Plutarchi,) ut ex animo nos loqui, non ſolùm principi, ſed aliis etiam, perſuadeamus, adeoque famæ noſtræ conſulamus.

III. Cræſus, inter regnandum, ingenia regum, & quid iis placeat, diſpliceatve, optime perdidicerat. Quum enim aliquando Cambyſes Perſarum rex ex adſtantibus quæſiviſſet, quid de ipſo judicarent, com-

pararo

arato cum patre Cyro: omnes il-
um Cyro majorem aſſerunt; ut qui
atrio regno Ægyptum, cum impe-
io maris, adjeciſſet. Quum ad Cræ-
um deventum eſſet, inferiorem
onge Cyro judicabat illum, eo
quòd nullum uſque ſibi ſimilem ge-
uiſſet. Hoc reſponſum aliquid li-
ertatis ſapere viſum eſt, eoque
Cambyſis vanitati plùs cæteris ſatis-
fecit.

IV. Notabilis eſt illa Valerii Meſſalæ apud Tacitum adulatio: *Addebat*, inquit Annal. 1. *Meſſala Valerius, renovandum per annos ſacramentum in nomen Tiberii. Interrogatuſque a Tiberio, num ſe mandante eam ſententiam prompſiſſet; ſponte dixiſſe, reſpondit; neque in iis quæ ad rem publicam pertinerent conſilio, niſi ſuo, uſurum, vel cum periculo offenſionis.* Ea ſola ſpecies adulandi ſuperat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

V. Huic ſimile eſt, quod idem d
Ateio Capitone refert; (Annal. 3.
Lucium Ennium, equitem Roma
num, Majeſtatis poſtulatum, quò
effigiem principis promiſcuum ad u
ſum argenti vertiſſet, recipi Cæſa
inter reos vetuit; palàm aſpernant
Atejo Capitone, quaſi per liberta
tem, (non enim debere eripi patribu
vim ſtatuendi: neque tantum male
ficium impune habendum) ſane len
tus in ſuo dolore eſſet, reipublicæ in
jurias ne largiretur.

VI. Promptum foret, alia ho
genus exempla proferre: ſed ſuffi
ciunt allata: ad inſtruendum eos
quibus aſſentandi neceſſitas impo
ſita eſt. Ne adulatio eorum cum pu-
blico vel privato incommodo con-
juncta ſit, ſufficit, ut vanitati quan-
doque principis ſatisfiat.

CAPUT VIII.

Conſilia principis, quo pacto tractanda aulico?

CAvebit quoque aulicus, ne ſe miſceat conſiliis principis, vel vocatus, etiamſi honeſte ſubterfugere non poſſit. Nam ejuſmodi principes eo ferme animo conſilium petunt, quo Xerxes, Græciæ bellum illaturus. Convocaverat Aſiæ principes, velut ſuper eo belli negotio deliberaturus. *Ne inconſultis propriâ ex libidine tantùm agere vobis videar, ad conſilium*, inquit, *vos, proceres, vocavi. Mementote tamen, potius heis animum obediendi nobis, quàm ancipitem deliberandi curam, a vobis requiri.* Cambyſes, anteceſſor Xerxis, ſororis matrimonium expetens, quærebat ex conſiliariis, num quæ lex Perſarum tale matrimonium vetaret. Illi, animadverſo, non quærere hoc regem,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

ut dubitandi ſollicitudine ſe exo-
veret, ſed quo voluntates introſpic-
ret procerum; reſponderunt, nullam
quidem legem hoc, quod cuperet
rex, ſancire; eſſe tamen aliquam
quæ, quod luberet regibus, licitum
aſſereret. Ita ex ingenio & principis
& negotii ipſius, judicium facien-
dum eſt, an conſilium petenti cre-
dendum obtemperandumve ſit.

II. Habes regia exempla. Dabo
aliud, viri, qui minime regis nomen,
vicem tamen, in Hiſpaniâ ſæculo
ſuperiori geſſit. Defuncto Ferdinan-
do, Carolum Auſtriacum, tum apud
Flandros agentem, Pontifex Ro-
manus, Cæſarque Maximilianus, ſuſ-
cipere hortabatur titulum regis Hi-
ſpaniæ, quantumvis ſuperſtite matre
Joannâ, Ferdinando genitâ, per in-
valetudinem rerum gubernaculis
impare. Vocantur ad comitia pro-
ceres regni. Coram iis Cardinalis

Xime-

imenes rationes excuſandæ novi-ati facunde diſſerit. Proceres, con-uetudinis antiquæ, & reginæ, ob-ervantiores quàm fas erat, adverſus egem, paullò poſt ſucceſſurum, re-ragantur ſatis obſtinate. Ximenes ede ſuâ proſiliens, iratuſque, mon-trat, rem, quæ agatur, minime vo-andam in dubium eſſe, nec ipſo-um conſilio indigere: regibus, ad neundum regnum, non expectan-dum ſubditorum conſenſum: qui convocati ſint, convocatos eſſe non neceſſitate, ſed ut occaſionem ha-berent, ſuffragiorum promptitudi-ne gratiæ principis litandi; ſed, quia officio imputare, quod gratiæ ap-ponendum erat, viderentur; non ex-pectatâ eorum approbatione, re-gem ſe Carolum promulgaturum Madriti affirmabat quod exemplum cæteræ urbes ſequebantur.

III. Iſtâ agendi ratione non in

talibus tantum negotiis, ſed in quibusvis fere, utuntur principes. Vix quidquam alio fine conſulitur, niſi in id tantum, ut deſtinata ſua ſuffragiis pluribus approbentur; aut ad introſpiciendam ejus, qui conſulitur, voluntatem; ut ſubinde Tiberio, teſte Tacito, factitatum.

IV. Aulicus igitur ſollicite principis mentem rimabitur, nequid forte ſuadeat offenſurum.

V. Dubiâ principis voluntate, excutere ſe propoſitum negotium finget; expoſitiſque in utramque partem argumentis, liberam principi electionem relinquet. Si conſilium ei, quod agitat, nondum intime ſedit animo, auditis in contrarium rationibus, ſi ſapit, mentem mutabit.

VI. Neque tunc pudor ille (pudendum ſane, familiare tamen magnatibus malum, dum inferiores videri erubeſcunt iis quorum conſilium

um ſequuntur) in tranſverſum aget rincipem, quam ipſius prudentiæ oncludendi libertatem remittes. imulque periculum effugeris, quod onſultoribus imminet ſæpe, quum onſilium, principi datum, ſequius adit.

VII. Si, prima ſua deſtinata ſecu-tus, princeps eventui non litaverit, agnoſcet ſaltem prudentiam aulici, qui futurum malum prçviderit, dum adhuc evitabile eſſet.

VIII. Si de re illegitimâ ſenten-tiam dicere urgearis omnino; diſpi-cere oportet moræ prætextum ali-quem; aut orare, tertius ut advoce-tur, diligentioris examinis cauſſa, quo, re maturius penſitatâ, appare-at, quid ex dignitate ſaluteque prin-cipis ſit.

IX. Priori modo Burrhus pri-mum Neronis de matre necandâ impetum inhibuit; promittens ipſe necem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

necem illius, ſi facinoris coargueretur: ſed non cuicunque, nedum parenti, defenſionem ttibuendam. Dum objecta noſcuntur, ira interim Neronis reſidit, metus leniuntur, & facinoris cogitatio, quanquam non ejecta animo penitus, in aliud tamen tempus rejecta eſt.

X. At hic modus nec ſæpe, nec in omnibus negotiis locum habet: ſed in ambiguis atque ancipitibus inprimis. Verum & prius quam tale quid capeſſas, videre oportet, quale ſit ingenium principis, & an cunctationem ferat. Sunt enim quidam lentitudinis morarumque tam impatientes, ut, qui iis uti velit, apud tales certiſſimam offenſam incurrat.

CAPUT IX.

Subita principis quei averruncanda, vel moderanda?

CUm hujuſmodi ergo principibus cui negotium eſt, eum expeditum

ditum eſſe & validum in ſubitis
portet.
II. Quum, quod ſępe fit, non con-
lium, ſed modum exequendi deſti-
ata, poſcimur: ſi hæc pugnare cum
tione ac honeſtate videbuntur,
nodi proponendi ſunt, quàm fieri
oteſt, remotiſſimi; iiſque vel faci-
itatis, vel æquitatis, vel ſecuritatis
pecies circumdanda; oſtendendo
uxtà, quæ ſubita ſint, diſcriminum
lifficultatumque plena eſſe.
III. Niſi præceps nimiùm, impa-
tienſque princeps ſit, non dubitem,
quin, quod facillimum tutiſſimum-
que judicaverit, ſecuturus ſit. Quod
ſi etiam impatientia ejus audire
lenta conſilia noluerit, ſuaſorem ta-
men hæc prudentiæ quaſi anxietas
quædam, vel affectus erga princi-
pem, excuſaverit, qui tarda maluerit
cum ſecuritate, quàm præmatura
cum domini exitio.

IV. Si

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

IV. Si verò in præcipiti illo modo, quem princeps prȩelegerit, difficultates aliquæ occurrerint, multò magis jam prudentiam contraria ſuadentis ſuſpiciet. Sin idem lentiora proponentes audierit, temporis interſtitium interim multa ſuppeditabit, quæ cupiditatem principis refrænent: ipſeque, vel fieri non poſſe quod deſtinavit, vel non ſine abſurditate poſſe, animadvertet.

V. Sed ſæpe id, quod principes ſibi proponunt, ita comparatum eſt, ut primò ſtatim adortu difficillimum, aut progreſſu plane ineluctabile id agnoſcant. Ad hujuſmodi ſuſcipienda minime quidem principem animabis. Potius venerabili ſilentio admittes, ut animo ſuo ille obſequatur, ne, ſi, diſſuadente te, difficultates ei ſuccreverint, faciliorem quærat viam explendæ cupiditati, quæ alias, effuſo impetu inter obſta-

obſtacula, ultro in vanũ refrixiſſet.

VI. Sic accidit interdum, ut princeps viro bono executionem ſceleris alicujus demandet. Qua in re neminem equidem puto tam bene ſubductâ ratione ad vitam fore, quin aqua ei non hæſura ſit aliquando: inprimis ſi res nata, ratioque negotii, ademerit locum recuſandi, vel alium ſubdendi miniſterio. Iſta ratio igitur a Burrho uſurpata eſt, quum Nero in matricidii conſiliis laboraret: ubi ſimulatum anguſtiæ ſilentium nullus alius eſt ſecutus effectus, quàm quòd mulier, ceu ſemper alioquin impotens, acrior poſt injuriam eſſet.

VII. Burrhus enim, & Seneca, acciti, diu hæſerunt ambigui trepidique. *Longum*, inquit Tacitus, Annal. 14. *utriuſque ſilentium; ne irriti diſſuaderent. Pòſt Seneca, hactenus promptior, reſpicere Burrhum,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

ac ſi ſcitaretur , an militi imperan
cædes eſſet. Burrhus, prætorianos, t
Cæſarum domui obſtrictos, & mem
res Germanici, nihil adverſus prog
niem ejus atrox auſuros , reſpond
perpetraret Anicetus promiſſa. Ita
le Burrhus ab infandi facinoris m
niſterio ſe & milites ſuos expediv

VIII. Fateor , non bene mere
te de illo, quem ejuſmodi comm
ſionibus implicas. Sed re tam
natâ, conducibilius puto, ut Anice
ſimiles talia potiùs , quàm tu , ex
quantur.

IX. Tutiſſimum eſt , præciper
cogitando cupiditates principis , &
antè quàm erumpant , aut radic
agant, averruncare.

X. Non pauci, vim blandis adm
nitionibus verbiſque (ut Paryſati
appellabat) byſſinis ineſſe magnã i
ejuſmodi negotio experti ſunt. Se
eos, qui hoc remedio uti cupiunt

magn

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

gnâ eſſe authoritate oportet a-
l Principem, & hunc ipſum non
ectibus magis quàm rationi (quod
um) audientem. Denique in unâ
ue alterâ re forſam recte ſucceſ-
it hoc, non item in omnibus.

XI. Placet etiam illorum ratio
hi, qui, ingenio ad facetias apti,
eo nomine apud principem gra-
ſi, huic pericula & turpitudinem
nſilii, cujus affinis eſſe princeps
etuitur, ceu aliud agendo, appoſi-
narratiunculâ repræſentant.

XII. Verum ad hanc rem, ut in-
cavimus, dexteritas quædam in-
nii, & dicendi lepos, requiritur.
ęterea cavendum, ne principi ſub-
eat, ſe mimi factum eſſe argu-
entum. Quemadmodum Tibe-
us fratricidia ſibi tragœdiâ à Scau-
compoſitâ, cui nomen Atreus;
omitianus illâ, quam Helvidius
e Paride & Cenone conſcripſerat,

 divor-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

divortia ſua, exprobrari credidère
Ad hæc, neceſſe eſt, ut hæc narrati
rebus aliis, in principem minùs qua
drantibus, concinne interſeratur: &
quod ad rem facit præcipue, id no
inculcari quidem debet ſeriò, ne ta
men aures præterlabatur, repetitio
ne quaſi fortuitâ iterari poteſt. Le
pos narratiunculæ altiùs imprim
ea quæ dicentur; &, quia non ſtudi
quæſita, ſed ex re nata videbuntu
faſtidioſas principis aures non o
fendent.

XIII. Moderationis hujus, q
nec operam naves libidinibus pri
cipis, nec fruſtra iis obluctèris, al
quoque viæ ſunt, petendæ ex re nat
& temporum articulis, occaſion
buſque, quas alicujus ex principu
aſſeclis interventus parere poteſt.

XIV. Quod ſi pugnare in al
quem principis affectum res omn
no jubet, tum explorare oport
aliu

um affectum ęque in illo validum que ita luctam aliquam & certaen in animo principis efficere. Inimis etiam cum curâ oſtendendū t,quidquid dicamus, à veneratione obſequio proficiſci, quod ipſi deeamus. Ad eum modum in officio omitianum continet Mutianus, npeditque, ne Ceriali, quod, neſcio uas ſpes fovens, moliebatur, effetum daret.

CAPUT X.

Principum quadruplex temperatura, ex naturæ origine; & quomodo cum ſingulis conversandum; Aulicorum ars in adſciſcendis ſociis.

AD hæc feliciùs exequenda, principis temperaturam noſſe, magnopere conducit. Quam illi quidem communem fere cum aliis habent: niſi quòd, quemadmodum alibi potentiores, ita impotentiores ſunt in affectibus inclinationibuſque moderandis: ſed & hæ ipſæ in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

in iis, quàm in aliis, plærumque ſunt violentiores.

II. In quo bilis flava, cholera Græcis, prævalet, in agendo promptus, ſuperbus, ira properus erit: humilium obſequiorum amans; graviter infenſus vel minimùm refractariis: impatiens in exequendo, præceps in conſiliis: alieni judicii, ſi ab ipſo diſcordet, contemptor: injuriis inferendis ferox; ſed idem placabilis in læſos, ſi non ad animum revocent injurias: offenſę memores odio proſequens, &, velut præventurus quos metuit, ultor.

III. Cui cum tali principe vivendum eſt, oculos & aures apertas habeto ſemper, ut prompte & intelligat & exequatur mandantis nutum, nil vel objectans, vel moram nectens: ne contradictionibus opinionem principi moveat arrogantiæ, ac ſe ſapientiorem ipſo credere videatur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

eatur. Nil dubitet ad infima mini-
teria ſubmittere ſeſe,etiam illa quæ
ortunæ ſuæ parum conveniunt. In-
uriarum tolerans eſto, nec diu me-
nor: ac poſt offenſam tanto offi-
ioſior. Monita ſua minime oſten-
et ne exprobare videatur; officiis,
fficia, ſicut ait ille, ne perpluant,
rætegendo. Irâ commotum ne ac-
edat: omnia diſplicent talibus; e-
iam qui ſunt ipſis cariſſimi, neque
acto,neque dicto,gratiam apud eos
llam ineunt. Familiaritas ab inge-
iis hujuſmodi facile in contem-
ptum vertitur: quæ proinde, quan-
tumvis etiam princeps eo trahat,
fugietur. Omnia potius ad reveren-
tiam & modeſtiam compoſita ſint.
Leones hi ſunt; manſueti aliquàm-
diu; ſed denique, etiam in notiſſi-
mos, etiam in rectores ipſos, ſævi.

IV. Sanguinales læto plærum-
que ingenio ſunt; voluptatum & fa-

cetiarum amantes:triſticiam nego-
tiis intricatam, & contentiones, fu-
gientes:pacis cupidi:rerum admini-
ſtrationem aliis remittentes;in qui-
bus nihil modeſtius quàm querelas
ferunt. Humani,lepidi; ab injuriis
præſertim gravibus,abſtinentes; ac-
ceptarum non magis quàm facta-
rum memores : placere juvareque
avidi; & plærumque liberales.

V. Cum talibus agenti, vene-
rationis quidem officia non negli-
genda, cæterùm ſeria non niſi par-
ciſſime tractanda. Nunquam illi,qu
vel graviſſima maximeque ardu
publicæ rei munia adminiſtrant
antequam advocentur, vel cert
ſint,oblectationibus principem nul-
lis vacare,accedere debent:alioqui
maximas etiam ipſius delicias in-
terrumpent, atque ruborem, velu
deprehenſo, & animi ipſorum taci-
tum timenti convitium, excutient.

Talite

aliter aliquando ludenti Philip-
Macedoni Antipater præ foribus
ſe nuntiabatur: illico turbatus, nec
obſcurus offenſæ, lecto aleam con-
dit, erubeſcens inter ludicra ab
ntipatro videri. Quemadmodum
gitur in ſeriis alios ſupereminent
ui principis juſſu pręcipuas imperii
uras capeſſunt, ita ſuperantur ab
liis hi ipſi familiari acceſſu princi-
is, qui ſerios, ut ingenio ſuo diſcor-
les, fugit,

VI. Qui, propicio Jove nati, tam
eriarum, quàm ludicrarum rerum
capaces ſunt, acceptiſſimi plærum-
que ſunt talibus principibus: dum-
modo, quum abſunt a principe, id
caveant, ne ſibi facilitas nimia au-
thoritatem apud cæteros diminuat.
Incorruptus maneat dignitatis ho-
nor. Abſque hoc, ut vulgare pro-
verbium habet, familiaritas con-
temptum pariet; contemptus auda-
ciam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

ciam quiritationibus, ſimul ac ſpecies injuriæ fuerit, dabit. Quas ſublaturus princeps, ceu triſtium inimicus rerum, amovere nitetur eum qui culpæ fuerit manifeſtior.

VII. Melancholici ingenii princeps in conſiliis eſt lentus, anxius, meditabundus, diffidens, ſuſpicax, ingenioſus, & plærumque malignus; in ſilentium compoſitus, verba in ambiguum implicans; ſenſus alienos ſcrutans potiùs, quàm aperiens ſuos: diſſimulator, ſalium ac familiaritatis inimicus, ſolitudinis amans, difficilis acceſſu; paucis, nec niſi frigide, amicus: odiſſe facilis; ob diffidentiam, quæ nunquam eum deſerit, avarus, & abſurde timens: tam offenſorum, quàm offendentium oſor: vindictæ implacabiliter avidus, & quem reconciliatum quoque timere debeas.

VIII. Cum ingeniis hujuſmodi cir-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

rcumſpecte cautiſſimeque agen-
um. Linguæ inprimis moderari o-
ortet, & de ſingulis verbis velut in
onſilium ire: ne aliquid loquaris a-
enum vel quod offendat : atque
tiam, ne loquaris non compellatus.
'eneratione potius nimius eſto,
uàm modicus; a contradicēdo ab-
tinens, in conſiliis hæſitantem non
irgens; ne bilis atra incenſa, in cho-
eram, hæc in odiũ vertat. In poſtu-
ando non ſis importunus, inprimis
ibi facilem repulſam putes. Nàm &
nanem à principe dimitti, periculo-
ſum ſæpe; &, melancholicus, ubi-
que nimius eſt : negando, ſe ratum
eſſe quòd offenderet quem fruſtra-
tum dimiſerit, inimicum putabit:
quem poſtea metum vix unquam
ullo artificio exemeris. Longa eſt
talibus injuriarum memoria, & ex
ingenio ſuo alios metiuntur.

IX. Quid multa? Iſta ingenii con-

ſtitutio

ſtitutio aſperrima omnium, difficillima, &, ob varietatem rerum quas imaginatio objicit, maxime inæqualis eſt. Quo laborioſior eſt quoque cum talibus vitæ conſuetudo.

X. Phlegmaticus de pondere & tarditate melancholici participat: ſed, ut ingenio, ita malignitate & diffidentiâ impar. Frigore veluti ſtipatum cor gerit: & hinc ſibi potiùs, quàm aliis, diffidit; magna aggredi timens, quia de ſucceſſu deſperat, aut modum gerendi neſcit. In conſiliis dubius, pavidus in exequendo, ingenio ſtupidus, in odiis non aſper, nec in amore vehemens.

XI. Talium frigori excitando miniſter actuoſus, animo manuque prômptus, convenit. Princeps enim, quum reperit idoneum exequendis quæ ipſe pro deſperatis habuerat; perſpectâ ingenii ſui imbecillitate, talem amat, admiratur, &, ut neceſ-

ſarium

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

[ne]ceſſarium ſibi, colit: favorque talis, quòd opinione neceſſitatis nititur, plærumque durabilis eſt. Quæ animadvertens miniſter, id agat, ut quàm ardua maxime,& principi impoſſibilia credita negotia, ad proſperum exitum perducat: idque, ſi fieri poteſt, ſolus; ſaltem, ne ſe ipſo promptiorem ſocium habeat. Quo fine cavendum illi, ne aulâ longe abſit, neu rerum caput principem omittat. Si enim alius aptior muneri habebitur, minoris eris tu, ceu minùs neceſſarius: atque ita, in commiſſionibus ſemel atque iterum poſthabitus, ad extremum ſpernêre.

XII. Vetus ars eſt aulicorum, non adſciſcere ſocios, niſi quibus plurimum virtute prudentiaque antiſtent; ut ad tenebras aliorum tanto ſplendidiores appareāt, nec inveniat facile princeps, quem iſtis opponat vel præponat. Adde, quòd iſti mi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

nores, quoties opus eſt illi cui fortunam ſuam debent aut poſſunt debere, artibus malis, corruptionibuſque, vel patent facile, vel ſerviunt. Id quod æque ſperari non poteſt ab æquali, aut qui propriis viribus nitatur.

XIII. Hæc ſunt inclinationum humanarum genera, quibus nil minùs principes, quàm alii, obnoxii ſunt, propendentes nunc in hanc, nunc in illam partem, pro præpollentià hujus vel alterius temperiei.

CAPUT XI.

Corporis temperiem, inclinationes & actiones principum, variant ætas, negotia, & conſuetudo; ac ingenium, quòd in metu latebat, hoc ceſſante, produnt. Sapientes nonnulli, ac philoſophi, ex eo notati.

CÆterùm, quamvis hæc ut plurimùm ita ſint, non tamen pro perpetuis ſunt habenda. Corporis temperiem ætas, negotia, & conſuetudo,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

do, variat: quid ni & inclinationes
tioneſque principum?

II. Belli tempore princeps viros
ilitares amplectetur: quorum mox
ciſſim gratia, pacatis regni rebus,
cile ſeneſcet. Vergit ad volupta-
s vel quemcunque affectum alium
inceps; verget quoque ad aman-
am talium miniſtros.

III. Vide quid de Tiberio Ta-
tus teſtetur. *Morum quoque tem-
ra illi diverſa: egregium vitâ fa-
âque, quo ad privatus vel in im-
eriis ſub Auguſto fuit: occultum ac
bdolum fingendis virtutibus, donec
Germanicus & Druſus ſuperfuêre.
dem inter bona malaque mixtus, in-
olumi matre. Inteſtabilis ſæviciâ,
ed obtectis libidinibus, dum Seïanum
ilexit, timuitve. Poſtremò in ſcelera
imul, ac dedecora, prorupit, poſt-
quàm, remoto pudore & metu, ſuo
amen ingenio utebatur.* De Caligulà

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

acutum Paſſieni judicium eſt; Ne meliorem unquam ſervum, nec deteriorem dominum fuiſſe.

IV. Marius & Sylla, incredibile dictu eſt, quàm variis moribus egêre. Dubitatque Plutarchus, an fortuna mutaverit ingenia, an latentia jam pridem in iis flagitia tantùm aperuerit.

V. Ut dicamus quòd res eſt; Plærumque in talibus non quidem variat ingenium; ſed, quòd in metu latebat, id, hoc ceſſante, erumpit; ut de Zenone Leontius dicebat: ſerpenti ſimile, qui, frigore conſtrictus non nocet; refocillatus calore, promit aculeum.

VI. Tryphon, teſte Joſepho, dū privatus ageret, colligendæ popularì benevolentiæ, boni viri perſonam induerat: rex factus, mox barbā abjecit; palamque oſtendit, fucū fuiſſe quidquid probi in ipſo apparuiſſet.

VII.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

VII. Nec longe diſſimilis Agamemnon fuit, ſi verum quod illi apud Euripidem objicitur. Modeſtus, facilisque acceſſu, antequam dux Græcorum eligeretur: mox amicorum inimicus, inacceſſus omnibus, domique clauſus latuit. Adjicit poëta utile præceptum:

Frugi viros, ad alta vectos munerum,
Mutare mores convenit nunquam ſuos.

Sententia optima; ſed quam nemo, certe pauciſſimi, ſequuntur. Pollio ſecutus quodammodo videtur, ſi Senecæ credendum. *Poſtea*, inquit, *promotus ad ampliſſimos honorum gradus, nullâ occaſione corruptus ab inſito abſtinentiæ amore deflexit: nunquam ſecundis rebus intumuit, nunquam negotiorum varietate continuam laudem infregit.*

VIII. Enim verò principum de-

fectus plurimi maximique ab arrogantià proficiſcuntur, pediſſequà potentium fere individuà. Hęc contemptum conſilii alieni inducit; perſuaſis, quantum poteſtate ſupra alios, tantum & prudentià eminere. Quidam item adeo abripiuntur, ut infra faſtigium ſuum eſſe putent, legibus aut rationi parere: nec futuros principes, quibus non liceat quòd libet: ſecundum illud;

--Sanctitas, pietas, fides,
Privata bona ſunt: quà juvat, reges eant.

IX. Opinionibus hujuſmodi ſi vulgaria tantùm ingenia corrumperentur, minùs mirarer: ſed video, his potentiæ præſtigiis optimorum quoque mortalium mentes occæcari.

X. In moderationis pręceptis nemo olim ſeptem Græciæ ſapiẽtes ſuperavit: ſed nec ulli tetriores tyranni,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

, quàm ex iiſdem, ad imperium
ervenêre.

XI. Appianus, de Ariſtone phi-
ſopho loqui exorſus, recenſet
onnullos, qui, nomen idem profeſ-
, Athenis olim tyrannidem exer-
uerint. Adiicit etiam, Pythagori-
orum quoſdam, qui in Italiæ parti-
bus rerum potiti erant, quos nomi-
at, impotenter admodum imperio
buſos fuiſſe. Quod dubitare nos fa-
cit, an philoſophi, qui tam ſuper-
be honores dignitateſque contem-
nunt, bonâ fide id faciant: an non
potiùs prætextum integumentum-
que paupertati atque ignaviæ ſuæ
quærant.

XII. Certe, ſi Ariſtophanem au-
dimus, iidem Pythagorici frugaliter
parceque, ob paupertatem, non ob
virtutem, vixêre; minime aſpernan-
tes genialiter cœnare, ſiquis invita-
viſſet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

CAPUT XII.

Quantum proditores poßint apud principem adulationibus ſuis? Et quomodo princeps contra eos monendus?

SEd ſæpiſſime principibus nebulones quidam occultis ſuggeſtionibus aſſentationibuſque arrepunt; qui ut plurimùm principis ingenium tranſmutant.

II. Id genus hominibus faſtum Vitellii, crudelitatemque Tacitus imputat.

III. Veſpaſianus, modeſto ingenio natus, tributorum iniquitate opprimere ſubditos, à talibus magiſtris didicit; ut idem Tacitus teſtatur. Quid multa? Certum eſt, plæroſque, qui talium utebantur miniſteriis, degeneraſſe. Benevolentiam ſibi conciliant impoſtores iſti, dum principi magnitudinem, potentiam, utilitatemque, oſtentant. Qui tanto libentiùs amplectitur illos,

quan-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

uantominus partes intelligit mu-
eris ſui , nec animadvertit , cœcus,
pplaudere iſtos,ut prodant, ut con-
emptui ipſum , ut odiis tandem ex-
onant.

IV. Et ſane , obſequi avariciæ, crudelitati,libidinique principis,ratio prodendi ſecuriſſima eſt : quum hic proditorem condemnare non poſſit, quin reum ſe ipſum agat.

V. Clodionem Comatum ope Ægidii,tunc poteſtate Romanâ imperantis , Francones regno depulerant. Quem ex amicis quidam reſtitutum cupiens,Ægidio ſe aggregat, ejuſque avariciæ, & crudelitati, quâ jam antè ſatis innotuerat , frigidam ſuffundit. Orto mox ex Romani injuriis faſtidio, rediit Franconibus in regem amor, illumque ad ſceptrum revocant. Ita Franco iſte,ad prodendum domini ſui hoſtem , ipſius cupiditatibus feliciter uſus eſt.

VI. Seia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

VI. Seïanus, imperio Romano imminens, vide quibus artibus utatur. Faſtidium urbis Tiberio, poſt incluſam carceri ipſius inſtinctu Agrippinam, liberoſque ejus, veniſſe animadverterat. Mox inclinantem impellere non negligit; ſperans, agente in ſeceſſu principe, vim imperii, rerumque regimen, ſibi relictum iri. Quod & factum. Vereque aliquàmdiu Tiberius parvæ inſulæ dominus, Seïanus imperator fuit.

VII. Perennius, imperium agitans, primùm illos, qui ſpes ſuas morarentur, prætextu conjurationis quam Lucilla in Commodum ſtruxerat, circumvenit, tollitque. Mox Commodum ad voluptates trahit, quo ipſe interim præcipua rerum capeſſeret tandemque imperium conſequeretur.

VIII. Eamdem viam Bardas. Michaëlis Imperatoris Conſtantinopo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

nopolitani, patruus, ingreſſus eſt. Sublato Theoctiſto, tutore principis, collegâ ſuo, Theodoram quoque Michaëlis matrem, in exilium agi curat; ſuadens juveni pupillo, ut ipſe imperium capeſſeret. Cui imparem mox ad voluptates & delicias avertit. Iſque tandem aurigationibus penitus dedens ſeſe, nihil præter illam artem ſcivit. Bardas interim populi ſtudia ſibi parat, doctos ad ſe accerſit, literas Conſtantinopoli reſtaurat; ſtraviſſetque ſibi his artibus ad rerum ſummam aditum, niſi alius præveniſſet.

IX. Non affero hæc, ut doceam, quei circumveniendi ſint principes; ſed, ut boni ipſos principes admoneant, ne illos, qui cupiditates ipſorum pravaſque actiones albo ſemper commendant calculo, fideliores putent aliis, qui malefacta nigro quandoque notare non dubitant.

CAP.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

CAPUT XIII.

De principum domeſticis & familiaribus: ... que ipſorum parandâ amicitiâ.

COnſideratis, quæ aulæ candid to in principe expendenda, domeſticos ejuſdem accedamus, munus, quod adminiſtrant, cir principem continuos; utibiles pr inde ad principem acceſſuris, ſ aditum extraordinarium illis proc rando, ſeu mentionem eorum inj ciendo, ſeu de occaſionibus, quib res ſuas agant, admonendo, Plær que principum alium in privato, lium in publico vultum gerunt: libentiùs domeſticis iſtis, quos fid eſſe crediderint, recludunt ſenſ ſuos; rati, humilitatem illorum nu latenus proditionis malorumqu conatuum capacem eſſe.

II. Quis Claudium imperiis ob noxium libertorum ignorat? Quo rum unum, Pallantem, adeo ditav

ra

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

t, ut ipſe aliquando, inopiam que-
us apud alium, hanc audierit vo-
em, adoptari ſe â Pallante curaret;
lico ceſſuram inopiam. Eodem
uthore Agrippinam duxit Clau-
ius, poſtquàm operâ Narciſſi, iti-
em liberti, Meſſalinam necaviſſet.

III. Quis neſcit, ſtante imperio
Conſtantinopolitano, vim ejus eu-
nuchos aliquamdiu tenuiſſe? Abſ-
que illis fuerat, Arbetio, ſummus
imperii arbiter, Veriſſimo accuſa-
tore, vitam perdidiſſet.

IV. Botoniatem, unum ex iiſ-
dem imperatoribus, mediaſtini
duo, Borilus & Germanus, authori-
tate, quâ penitus obnoxium habe-
bant imperatorem, Iſacio Alexio-
que Comnenis alienũ reddiderunt.

V. Pone, principem non com-
municare cum iſtis conſilia: faciliùs
tamen indagantur à talibus. Nec
enim fieri poteſt, ut larvam ſemper

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

princeps in privato quoque ger
Erumpunt in turba conſpectuq
hominum preſſi affectus, quum l
bertatem illis fecit ſecretum.

VI. Eſt omnino res neceſſar
in aulis, omnis generis homine
etiam viliſſimos, utiles æſtima
ſibi; credendumque certò, cum au
thoritate & fortunâ prudentia
quoque ingeniumque augeſcere.
quod Arrianus, ad Epictetum, exem
plo Epaphroditi, duorumque eju
dem mancipiorum, oſtendit. Quo
rum unus imperatori à cloacâ ma
tulâque, alter à calceïs, quum eſſe
poſtea Epaphroditus, qui nuper u
inutiles eos vendiderat, non tantù
gratiam illorum captabat, ſed etia
prudentiam laudabat.

VII. Neminem fere eouſque i
aulis provexit fortuna, quin non e
tantum inimicorum quantum am
corum conciliet. Neminem quoqu

fer

re eo depreſſit, quin non eadem
i nocere porro, vel prodeſſe rur-
m, per alterutros quomodocun-
ie poſſit. Unde non fruſtra olim,
iberio imperante, *janitoribus Se-*
ni innoteſcere, (verba hiſtorici
nt, Annal. 6.) *pro magnifico acci-*
ebatur.

VIII. Prudentis igitur erit, fa-
iliarium principis quorumcunque
nicitiam omnibus ambire offi-
iis, quæ decori ratio permiſerit.

CAPUT XIV.

enera quatuor procerum aulæ. Primi quomodo colendi, tractandique? Quàm caute principibus non ſatis conſtantibus fidendum.

A Familiaribus principis ad proceres aulæ veniamus. Qui va-
iorum generum ſunt. Alii natalium
ſplendore fulgent, gratiâ principis
intimiore deſtituti. Alii, gratioſiſſi-
mi apud principem, nullis tamen

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

honoribus funguntur. Alii honoribus quàm gratiâ validiores. Alii denique & gratiâ florent, & negotiis adhibentur.

II. Primorum benevolentia parùm fortaſſe tuis incrementis conduxerit: qui nihilominùs, tum ex merito, colendi erunt, tum, ne, ſi minùs ipſi, ſaltem per clientes, amicoſque, noceant tibi.

III. Talibus enim illuſtres familiæ plærumque valent: aliis beneficio veteri devinctis; aliis reverentiâ magnitudinis, & fortunæ, quæ principum animos facillimè mutat, faventibus.

IV. Archelaus, rex Cappadociæ, Tiberium, Rhodi agentem, colere magno ſuo malo omiſerat. Tiberius enim, imperium adeptus, vindictæ deſiderio, aliam ſpeciem prætexens, vocari eum Romam juſſit. Ubi miſer quæſitâ morte periit.

Quod

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

uod officium tamen, ut hiſtoricus ſtatur, non per ſuperbiam, ſed ab timis Auguſti monitus, quia, flo- ente C. Cæſare, miſſoque ad res rientis, intuta Tiberii amicitia vi- ebatur, omiſerat.

V. Conſiderandum heic, iſtiuſ- nodi fortunæ proceres, ſæpe, ut ene merendi impotes, ad nocen- lum ſatis virium habere. Hi ergo, tiamſi maxime graves ſuſpectoſve principi videris, colendi tamen ſunt, uæſito arcendæ invidiæ prætextu, altem cavendo, ne inimicos habea- mus.

VI. Si accidat, ut cum talibus committere te velit princeps, quod dominantibus haud inuſitatum; certamen hoc uti non recuſandum, ita magnâ arte magnoque delectu ſuſcipiendum eſt; ut non occaſionis tantùm ratione te agere omnes vi- deant, ſed etiam principi ſatisfacias

Plenum periculi eſt auſum tale, ſe ſi authore principe ſuſcipiatur, i crementi via eſt,

VII. Alius heic ſuo nomi peragit omnia. Quem multi juvan præſertim qui infra proceres ſun metu, ſi non faciant, principem o fendendi.

VIII. Alius principi adhære arctiùs, magno famæ accremento, prudens fuerit; legendis occaſioni bus ſpecioſis, tum principi, tun emolumento publico laudabilite inſerviendi.

IX. Cavendum autem, ne aliquid adgrediaris quod exequi non poſſis. Nam, præterquam quòd vulgus ex eventu omnia judicat, & inde jus, unde fortunam, ſtare credit; principis famam, gratiamque, quâ te complexus fuerat, ſiniſtris ſucceſſibus mirifice imminues. Is enim, abolendę ignominię cauſſâ, & quòd

apud

ud ſubditos vileſcere metuet,ani-
oſque addere adverſario quem
ıſtra oppugnaverit, hanc diſſimu-
e authoritatem cogetur.

X. Cæterum, cave credas, dum
: certamine cûm proceribus lo-
ıor, velle me, ut vi cum illis agas;
ıandoquidem id tumultum citra
eri non queat: nec ut contumeliis
calumniis inceſſas; id enim ho-
ıinum eſt parvi ac fortunâ corru-
ti judicii: & finis talium raro eſt
uſpicatus. Piſonem vide;quem Ti-
erius ad ſpes Germanici coërcen-
as in Syriam miſerat, tam inſolen-
er ſe geſſit,ut princeps, Germanico
ublato, publico illum relinquere
dio neceſſum habuerit.

XI. Quando autem conatibus
rocerum contraïre ſuademus, illos
ntelligimus, qui aliquid ex iniquo
abent, vel contra ſtatum reïpubli-
æ, religionem, juſticiam, regimen

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

exercituum, ærariive curam, aliqu
ſuſcipiunt. Quibus ita occurrendu
eſt, ut pateat bonis, &, quorum i
tereſt, omnibus, nullâ privata te ſt
mulatione, ſed ſolius publici hon
ſtâ curâ agi.

XII. Si exemplum, quod imita
poſſis, flagitas, Ximenem Cardina
nominabo, electum ab Iſabellâ, C
ſtiliæ reginâ, quē proceribus opp
neret, nondum tunc obſequio reg
ita ſubactis ut hodie ſunt. Ex mon
cho Franciſcano cōfeſſarius regin
& pòſt, conſilio Cardinalis Mend
zæ, archiepiſcopus Toletanus, d
nique inquiſitor fidei factus, auth
ritate ſummâ inter Hiſpanos egi
unus ibi primùm Iſabella, mox Fe
dinando imperante, denique ad Ca
roli V. uſque advētum, rerum neg
tiorumque arbiter; cum proceribu
ita concertans, ut populum princ
pēque ſibi ſemper addictos habere

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

XIII. Fama quidem fuit, vene-
interemptum; idque ipſe ſuſpi-
tus erat: ſed nunquam probari res
tuit:& rectiùs naturæ annoſæ (ad-
odum enim ſenex obiit) mors tam
ra tribuitur: nihilque adeo prohi-
et, quin fortunam ſuam, quàm ma-
nâ ex parte ſibi debebat, integram
d extremum perduxiſſe credi poſ-
t.

XIV. Non eadem Cichonis Si-
nonetæ fortuna fuit: qui, Franciſco
fortiâ, & poſtea Galeacio filio,
otientibus rerum Mediolani, ſub
idua matre Galeacii adhuc impu-
eris, rebus regendis dilectus erat,
ratribus herilibus ob fidem atque
rudentiam oppoſitus.

XV. Is, ut imperium pupillo ſer-
varet, fratres Galeacii, ac Rober-
tum de S. Severino, Mediolano eje-
cit. Quantam invidiam ſubierit, co-
gita. Sed & vide, quàm nequiter
mox

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

mox ſit deſtitutus. Mater enim v
dua, paullo poſt in gratiam cum a
verſariis rediens, precium amicici
Simonetam fecit. A quibus diu
carcere detentus, miſereque exca
nificatus, periit. Diſce hinc, quà
caute fidendum ſit principibus, qu
non ſatis conſtantes cognoveris. L
vem ob cauſſam lubidini inimico
rum proſtituunt miniſtros.

CAPUT XV.

Alterum, tertium, quartumque proceru
aulicorum genera; ſingulorumque colen
& captandi ratio.

PRocerum alii, quod jam dictum
apud principem quidem gratic
ſi, ſed abſque munerum dignitate
vivunt. Hi ſi nihil aliud conferun
nobis confirmandis, gratiam ſalten
apud principem ad id conciliar
nobis poſſunt.

II. Sed & commodi eſſe com
memoratione meritorum noſtro
rum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

m, vel, ſi res ita ferat, erratorum
cuſatione; protegendo nos adver-
m calumnias & ſiniſtras aliorum
lationes. Iidem, qui, ſi benevo-
ſint, prodeſſe multum, irritati ve-
nocere quàm plurimùm queünt.
uare modis omnibus, conditione
oſtrâ non indignis, gratia talium
aptanda eſt. Cogita, rarò iſtos intra
omeſticam principis conſuetudi-
em diu ſubſiſtere, quin ultrà in a-
ios eant. Licet ipſis nulla rerum ad-
niniſtratio permiſſa; ii tamen, quos
ommendant, inprimis qui nec aliàs
rincipi ingrati, nec rebus gerendis
mpares, rarò ſpernuntur; ſaltem
liis præferuntur, qui, meritis qui-
em haud inæquales, talibus amicis
eſtituuntur.

III. Tertium genus diximus eo-
rum eſſe, qui ſunt ad res gerendas
authoritate maxima præditi, modi-
ca tamen apud dominantem gratia
fruun-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

fruuntur. Hi reperiuntur apud p
maxime principes, qui pacate i
vunt, aut voluptatibus vacant,
blicarum rerum incurioſi: qui i
propter, uni aut alteri ex fidis rei
men committentes, de arduis e
gotiis acturos metu ſeriorum av
ſantur.

IV. Tali rerum ſtatu grati
quærere miniſtrorum ſtudio
quàm dominantis oportet. Hic e-
nim, quibus adminiſtrationem re-
rum, iiſdem & dilegendos, qui o-
ciis præficiantur, permittet; inep
ipſe dilegere, quum, quis cui mun
par ſit, ignoret.

V. Sunt alii principes, qui, re-
minis majeſtatiſque ſuæ tenacior,
unum aut alterum rebus geren
præficiunt, ad familiarem tam
conſuetudinem, atque conſpectu,
niſi quum de arduis agitur, non a-
mittunt. Nec munerum diſpen-
tione

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

nem illis concedunt; metu, ne
orum potentia multitudine clien-
m eò aſſurgat, unde, ſi peccave-
nt, dejici non poſſint. Tale prin-
pum vetus eſt ingenium, mini-
ros ſuos metu continere, fidemque
cere illis, molem, vel longiſſimi
mporis labore conſtructam, oculi
ctu ſe demoliri poſſe.

VI. Erga tales proceres, quorum
deo circumſcripta eſt potentia,
uomodo te geras, difficilius eſt
erſpectu. Benevolentia eorum non
nultum tibi profuerit; forſan etiam,
de eâ ſuboluerit principi, nocebit.
Rurſum, deſtitutus illâ, difficulter
ervenies ad negotiorum tractatio-
nem: rurſumque non ſine periculo
æpe cum iiſdem concurrere neceſ-
um habebis.

VII. Heic igitur circumſpecta
omitate opus erit. Omnia illis ve-
nerationis officia exhibebis, & oc-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

caſione, ſecretam animi promp-
tudinem, ſed caute, teſtaberis. I-
terim nullus negliges alium quær-
re tibicinem, quo adminiculan-
principi innoteſcere atque conju-
gi arctiùs poſſis.

VIII. Reſtant ex proceribu
illi, qui & gratia valent apud princ-
pem, & rerum adminiſtrationi præ-
ſunt. Hi, ut breviter dicam, pari ho-
nore cum principe colendi ſunt.

IX. Horum inclinationes & vo-
luntas ſpeculandæ; quas ſcire & exc-
qui, plus quàm principis, oportet.

X. Ad hunc igitur modum po-
tentiâ procerum & authoritate, ve-
lut per gradus, ſubductâ, quid à ſin-
gulis ſperari poſſit, non ignorabi-
mus. Sollicite quippe cavendum, ne
quidquam ab ullo poſtulemus,
quod aut nos, aut ille ſaltem, effici
non poſſe videamus. Nil enim hu-
mano moleſtius accidit ingenio,
quam,

iàm, non poſſe poſtulatis ejus, iem amas, ſatisfacere.

XI. Ergo benevolentia, ſupplitione incivili, vel difficultate irmediabili præoccupata, offendiır. Eumque, à quo repulſam tules, conſpectum tuum averſaturum, ito: metu, ne ſimilis poſtulati imudentiâ pudorem illi incutias, qua, quod roges, authoritatis defectu acere non poſſit.

XII. Cæterum (ut hoc obiter ddam) ad procerum noticiam non tatim patet acceſſus: per gradus ad ıos enitendum. Qui apud illos mulum poſſunt, ſeu peregrini, ſeu domeſtici, quiq; ab his dependent, diſpecto, quænam ſingulorum ad alios ornandum vires ſint, conciliandi erunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

CAPUT XVI.

Aulici infra proceres poſiti, quinam? & q cum illis agendum? primùm cum inimi qui nos noſtrorum cauſſâ, quibus inf ſunt, oderunt.

SUnt in aulis alii, qui, infra pr ceres poſiti, nobis ſunt ſuperi res, vel æquales, vel inferiores. que omnes duûm generum: alii nim, ut proſint nobis; alii, ut n ceant, aptiores. Authoritas utr rumque, & potentia, diligenter penſitanda, ad id, quod affectamu vel promovendum, vel impedie dum. Penſitandæ item amiciciæ affinitates: neceſſitate ſæpe requ rente, ut per clientes potiùs ipſ rum, quàm nos ipſos, cum illis ag mus, calculum eorum ad noſtra pr poſita flagitantes, vel per ipſos inv diam deprecantes.

II. Inprimis autem cavendum ne tum demum quæramus iſtorun

ami

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

iciciam,quum eâ opus eſt nobis:
n recentis benevolentiæ pignori-
s præparatam eam habere opor-
t, atque devinctam.

III. Eorum , qui officere nobis
oſſunt, tria ſunt genera. Vel enim
imici , vel invidi , vel competito-
es atque æmuli erunt.

IV. Qui inimici ſunt, vel noſtrâ
auſâ nos , vel noſtrorum , quibus
nfenſi ſunt, oderunt. Sed poſterius
oc odium plærumque altero mi-
ùs acre eſt;mitigarique poteſt offi-
io aliquo,quo,diligere nos amicos,
eſtemur , ſed non illico omnes eo-
rum inimicos odiſſe.

V. Verùm plærumque factioſæ
ſunt aularum amiciciæ, & crudeles,
ac , ut omnes ipſis inviſæ familiari-
tates abdicentur, jubent.

VI. Hanc ob cauſſam nonnulli,
palàm unius amiciciam præferen-
tes , alteram tamen partem occultè

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

colere non deſtiterunt: non ut pr-
derent amicum, ſed, ſi caderet, ſu-
ſidium illi præparantes.

VII. Prudentia iſta non in au
cis tantùm contentionibus, ſed & i
imperiis feliciter eſt uſurpata. Sye-
neſes, Tarſenſis præſes, quum, int
Cyrum & Artaxerxem orto bell
Cyrum oppugnare metueret, part
ejus amplexus eſt, filium verò ad A
taxerxem, ſi Cyrus vinceretur, pe
fugium futurum patri, miſit.

VIII. Bardas Durus, vincul
Saracenorum elapſus, Bardam Ph
cam adverſus Baſilium videns cre
tum imperatorem, amiciciam Ph
cæ, hactenus inimici, quęſivit, filiu
verò, ſimulans, ſe invito effugiſſ
Baſilium ſequi juſſit, interceſſuru
pro patre, ſi Phocas vinceretu
Quod & factum.

IX. Solon quidem, republic
diſcordante, nemini adiaphorian

per

mittendam ſanxit:non id tamen, do, voluit, ut amici,diverſas par- amplexi, nuntium amori privato mitterent: quin potiùs ſperabat, nicos, diverſa ſecutos, de pace pu- icâ tunc cupidiùs feliciúſque la- oraturos.

X. Ad eum modum in aulis, di- erſus licet factione, amiciciam ta- en cum diverſo ſervare potes:tum, t mutatæ fortunæ receptum ha- eas: tum, ut, animis ad mitiora in- linatis, pacis aptior ſis conciliator. ulla eſt tutior honeſtiorque ratio nter diſcordias procerum, & con- entiones, apud utramque conten- lentium partem gratiam ineundi.

CAPUT XVII.

Deinde cum illis inimicis, qui nos propter nos, vel noſtri cauſâ, & offenſi à nobis, oderũt, uti agendum? Vbi de minis, & injuriis.

QUi nos propter nos oderunt, vel offenſi à nobis id faciunt,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

vel (quod familiare magnatibus
inferiores eſt. de quibus Itali pr
verbium habent; *Qui offendit, n*
condonat) quia nos offenderu
Hoc habent peſſimum animi m-
gnâ fortunâ inſolentes; Quos læ
runt, oderunt.

II. Injuriarum, quas hi nobis f-
ciunt, optimum remedium eſt,
non intelligantur. Si verò rei grav
tas indicium offenſæ intellectæ e-
preſſerit; citò poſt illa mitigatu
dolorem, memoriamque injur
deletam, oſtendemus. Alioqui,
tolerare nos impatienter injuria
videant, vindictæ metum, adeoq
præveniendi cupiditatem, incuti
mus illis.

III. Inprimis à minis heic abſt
nendum: præcipue ſi non illico a
exequendum ſis paratus.

IV. Minæ enim vigilantiam a
verſarii ad cavendum acuunt, lace

ſun

tque odium ad geminandam in-
ıam, nobis verò ſępe pudorem gi-
ınt, ſi ſpiremus vindictam, ſed vo-
ıtas à viribus deſerta eſte videatur.
'. Scio, moderationem iſtam non
nnib. probatum iri, minimè certe
ominibus vindictæ cupidis; qui pu-
nt, nullam injuriam ſine ſenſu tra-
ittendam, non ſolùm ob dulcedi-
m, quæ ineſt vindictæ, ſed etiam,
uòd veterem injuriam ſi feras, in-
tes novam: odiis proin immorta-
ous perſequendos, qui nos offen-
ınt. Verùm tales, dum reddere ſe
ormidabiles cupiunt, hoc ſimul
ficiunt, ut nemo cum illis habere
ommercium velit. Quum enim
ıbi prona gens mortales ſimus, ſub-
ıdeque, ſeu affectu, ſeu incogitan-
â, abripiamur; quiſque, metu of-
enſæ, iſtos odii tam properos tena-
eſque fugiet, ceu beſtias feroces
olitudini relinquens ſuæ. Denique,
ſi &

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

ſi & offenderit, inimica mox o-
mnia ab alterâ parte expectabit; q
dum vindictam metuit; prior infe
cupiet. Quare, effugiendis tot ma
ego contrariam potiùs viam in
ſtendam exiſtimo, præferendamque
lenitatem; quę ne in magnis quid n
injuriis difficilis eſt; habito inprim
diſcrimine, quibus ex cauſſis or
ſint, quæque conditio illorum qu
intulerunt.

V.I. Injuriis enim levioribus,
ex perturbatione potiùs quàm ma
ciâ ortis, adeò non offendi deb
mus, ut ne ſenſiſſe quidem vide
mur. Si injuria ſit atrox, exiſtima
tionis noſtræ quidem non incurio
ſos nos oſtendemus: ſed nec ita quo
que lędentibus implacabiles erimu
quin ſpem reconciliationis, locum
que venię, ſatisfacturis relinquamus
Quā ad rem non inutile fuerit, quæ
ri apud amicos ejus, qui læſit, de in-

juriâ

â, iiſque arbitrium cauſſæ ſuæ
nmittere.

VII. Injurias, per petulantiam
ultandoque factas, extemplo,
um fiunt, vindicandas puto, non
n ultionis ſtudio, quàm ut caſti-
tur is qui fecit, & modeſtiùs ſeſe
rere, non erga nos tantùm, ſed &
os, diſcat.

VIII. Minime verò tales odio
nplacabili ulciſcendi ſunt. Immo
ſtari oportet, dolere nos ob quere-
rum vindictæve quærendæ neceſ-
tatem nobis impoſitam: factâ au-
m inſtauratione, nos ad redinte-
randam amicitiam, pro ratione in-
riæ, paratos eſſe.

CAPUT XVIII.

njuriæ potentiorum vel non potentiorum, quo pacto evitandæ, tractandæque? Reconciliationis, gratiæque faciendæ; varia artificia.

SEd, quia tales injuriæ plerumque ab iis, qui potentiores ſunt nobis,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

bis, inferuntur; his evitandis p
mum remedium eſt, non niſi re
renter cum iis agere, cavereque
miliaritatis faſtidia, aut, ſi aſperio
ſunt, penitus commercium eoru
declinare. Notū eſt illud Martia

Si vitare velis acerba quædam,
Et triſteis animi cavere morſus
Nulli te facias nimis ſodalem;
Gaudebis minùs, & minùs doleb

II. Secundum eſt, nullum injur
ſenſum præ ſe ferre. Nec enim t
tum, nec prudentis eſt, nimis c
tare cum eo qui plus poteſt. Juſt
excuſandæ diſſimulationi prætext
ſit, imparitas virium noſtrarum.

III. Scio, perſuaſum nonnulli
metu adverſariis incuſſo, futurun
ut ii veniam & reconciliationem v
niant oratum. Nec diffiteor, hum
lia quædam ingenia eò ſe nonnun
quam demittere. Verùm ficta, m
nimeque ſincera hæc eſt reconcilia

tio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

. Nec enim omittunt hi tales, ſi
aſio detur injuriæ referendæ, in-
gere animo: &, quò timidior hic
:, eò vindictam impotentiùs ſpi-
unt. Proïnde, quum difficilior ſit
tatu occultus, quàm apertus ho-
s; præſtat fere, tales inimicos ha-
re, quàm impulſore metu recon-
iatos. Loquor verò de illis, qui,
bis non majores, ruptâ amicitiâ,
on magnopere nocere poſſunt.

IV. Nam, ſi cum majori res ſit,
ujus inimicitiæ officere noſtris lu-
ninibus poſſunt, ejus vel ficto red-
ntegratum affectum, quàm aperte
nimicum habere melius eſt.

V. Si nos priùs læſerimus, prio-
es quoque leſum, ſeu ipſi coràm, ſeu
nterventu amicorum, placabimus.

VI. Ad dijudicandum, cuinam
ampliores vires ſint ad nos premen-
dos, opus eſt, non conſiderare po-
tentiam tantùm, ſed & affectum,

 quo,

quo, præter odium, ad nobis nocendum feratur.

VII. Quoſdam enim agit odii cupido, vindictæ pediſſequa: alios verò metus, ne, adepti quod quærimus, ad nocendum ipſis armatiores ſimus.

VIII. Prior ille peſſimus affectus violentus eſt; violentior tamen ad oppreſſiones aulicas eſt metus: hoſtis autem, qui præter hunc iſto altero etiam ſtimulabitur, omnium longe inevitabiliſſimus eſt.

XI. Prior mitigari officiorum humilitate ſatisfactioneque poteſt. Timido, ut pro metu fiduciam benevolentiæ aſſumat, vix unquam perſuaſerit. Tentandum id eſt tamen modis omnibus; quos res nata potiùs, quàm diſciplina ulla, oſtendet.

X. Ageſilaus, ut, quos infenſos ſibi ſciebat, amicos redderet, hono-

ratiſſi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

iſſimis muneribus ornabat: quæ
um adminiſtrantes illi invidiam,
fieri ſolet, incurriſſent, accuſati
nfugere ad principem cogeban-
r: qui, illos periculo infamiâque
erans, beneficio ſibi obnoxios,
ncereque amicos, poſtea habuit.

XI. Perfamiliare aulis artificium
ſt, ſupplantare aliquem occulte; ut,
io beneficio erectum, tanto ha-
eas obſtrictiorem.

XII. Non minùs quoque fre-
uens in aulis illa cavenda eſt Eu-
rapeli Horatiani verſutia, quâ æs
mutuo dabat ad luxum, ſufflabat-
que animos illis quibus minam mu-
uare meditabatur.

XIII. Ita, qui voluptatibus no-
ſtris, qui affectibus, atque expenſis
applaudunt, & ſuſcipere nos jubent
talia, quæ ſuperant vires noſtras,
quas ſupra meritum extollunt, vel
talia quæ contra rationem ſunt,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

plerumque nos perditum eũt

XIV. Sed redeamus ad moc
redintegrandæ cum inimicis grat
Inter quos hic neutiquam eſt p
ſtremus; Vota & conatus inimi
quorum ſucceſſu te non imped
poſſe videas, conſilio atque opè
juvare: ut debere amorem bene
ciis tuïs videatur.

XV. Hoc pacto Aſcanius Sfo
cia, cardinalis, animadverſo, fruſt
ſe intercedere machinationibus J
liani cardinalis, qui Joannem Al
xandri VI. nepotem ad purpura
cardinaliciam provehere laboraba
adeo ambitioſe poſtea cauſſam J
annis egit, ut pervinceret: inqu
amicicià iſtius dehinc potior ipſ
Juliano fuit.

XVI. Si pertinacia inimici om
nem reconciliationis conatum elu
dat, illud ultimò videndum eſt, a
non ſit & alius apud adverſarium

pr

e nobis inviſus vel formidoloſus.
eſt; & is eadem nobiſcum petere
leatur; cum adverſario per ami-
m ita agendum erit,ut hic præva-
io erga utrumque odio noſtræ
rti vel faveat, vel minùs obſtet,

XVII. Artificium, huic non
ultùm diſſimile, eſt, quo Gerla-
nus, antiſtes & elector Mogunti-
us, uſus olim fuït,quum Adolfum
aſſovium, cognatum ſuum,creare
mperatorem intenderet. Noverat,
iſſidia eſſe inter principes, qui im-
perio, cui rector quæreretur,vel im-
minebant, vel deſtinati erant. Qui-
bus in rem ſuam uſurus, cum electo-
rum aliquibus ſecretò ſeorſimque
agit. Monet Venceſlaüm, regem
tunc Bohemorum, in Albertum,
Auſtriæ ducem, Venceſlaï hoſtem,
ſuffragia electorum plæraque ire: ſe
tamen, ſi de conſenſu ſibi conſtaret
Venceſlaï, impedire paratum. Per-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

ſuaſo Venceſlao, Saxonem aggredi-
tur; hujuſque inimicum, Brunſvv-
cenſem, ſpeï ad rerum ſummam
proximum fingit. Palatino vero
Venceſlaüm (qui infenſus tunc Pa-
latino) cæteris, ni impediretur, pro-
ximiorem oſtentat. Ita ſingulorum
inimicos evertere promittens, o-
mnes circumvenit; cognatum ſuum
poſtremò imperatorem nuncupans;
quem primò nuncupatum procul
dubio conſenſus omnium rejeciſſet.

CAPUT XIX.

De invidia. Hæc quibus modis ſuperari poßit.

IAm de invidiâ ſermo inſtituendus erit; quæ tantum malum, ut ad ſuperandum illud multâ & felicitate & fortitudine ſit opus; ut quæ non niſi participatione ejus, quod aliis invidet, ſatietur; unuſquiſque verò, ſuï boni pertinax, pro ſe, non pro aliis laboraſſe velit.

II. Hæc,

II. Hæc, quantumvis difficulter, perabilis tamen eſt. Nec ad id ommunicatione boni, quod ſecta-ur, ſimpliciter opus. Sufficit ali-uando, invidentibus oſtendere, onum, ab ipſis expetitum, ſi in no-trâ poteſtate ſit ad ipſorum quoque ommodum atque decus ſacturum.

III. Quem in finem amiciciam orum, familiaritatemque, ambire, c illis, quantumvis invidiæ manife-tis, optime nos affectos oſtendere pportet: affirmando, omnia, quæ velint, & nos velle; nec jam hoc, quidquid ſit, ambire, niſi eo, ut ami-cis, atque adeo ipſis, ſervire magis idoneï ſimus. Breviter, id agendum eſt, ut ex fortunæ noſtræ augmentis ſpem concipiant augendæ ſuæ.

IV. Faſtus quoque, ſumptuum ſplendor nimius, convivia intempe-ſtiva, omnis denique jactantia, invi-diam cavẽtibus præcipue fugienda.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

V. Iis præcipue, qui ex humi loco ſurrexerunt: niſi principis voluntas, vel muneris dignitas aliud requirat. Tunc enim aliqua magnificentia non dedecebit; dum modò, ſ ſumptib. faciendis non ſuæ, ſed principis voluntati, obſequi, oſtendant.

VI. Tali prudentiâ, moderatione neque, initia cardinalis Ximeni oppido quam clara fuêre. Obſcur loco natus erat, & incertum an nobili: quanquam ejus fortuna inveni poſtea qui nobilem aſſererent. Hi quũ re eſſet anguſtâ, fit monachus mox, ob animi dotes, Iſabellæ, Caſtilianorum reginæ, à confeſſionibus, Mendozæ cardinalis commendatione, ac denique archiepiſcopu Toletanus fuït. Quem archiepiſcopatum, Mendozâ mortuo, quum à pontifice Iſabella Ximeni impetraſſet, hic, imparem ſe videns invidiæ, acceptare eum noluit.

VII. In quo recuſando adeo fuit rtinax, ut, ſubmiſſâ ab Iſabellâ omni fere procerum aulâ, vix paſſus exorari ſe ad muneris illius ſuſceionem. Et, poſtquam annuerat, iis iterum precibus fuit opus, quius ad ampliora munia, & ſplendoem dignitati convenientiorem, inuceretur. Adeo etiam prioris vitæ etinens erat in hac fortunâ, ut non liter, quàm authoritate papæ, quo nutaret, ſit effectum. Bene ceſſit illi modeſtia hæc, & invidiam, quæ alioquin certò expectanda fuerat poſſidenti tot magnatibus Hiſpanis ambitam dignitatem, opeſque regiis tantùm ſecundas, placavit.

VIII. De reliquo, iſta agendi ratio, quemadmodum ſub dignitatum initia inſigne contra invidiam amuletum eſt; ita parùm prodeſt iis, qui ſemel jam ſuperbiùs ſe geſſerint. Ficta quippe poſtea moderatio talis vide-

videbitur. Cujus rei nobis exem
plum hiſtoria Conſtantinopolita
præbet. Metropolitanus quidam, c
Conſtantini erat nomen, Iſacii A
geli, & mox Alexii, imperatorum
aulâ pulſus, poſtea cum Euphroſi
imperatrice reverſus, faſtidium ne
gotiorum vitæque aulicæ oſtenta
bat, diaconi ſuſcipiens munus, qu
fidem ſimulationi faceret, inſtan
tiùſque rogaretur. Quid multa
Tam callide rem geſſit, ut impera
tor ipſe, contra ſancita eccleſiæ à ſa
cerdotii Sacramento excluſum, vo
caret ad aulam, ac rebus maximi
præficeret. Nec contentus dignitat
propriâ, fratres binos lateri Impera
torio admovit, velut excubituro
pro ſe abſente, ſiquando propte
momenta rerum aliò vocaretur. Ve
rùm, quoniam ejus ingenii inſolen
tiam prior fortuna nimiùm nuda
verat; idcirco neque nunc, quamvi

mo-

odeſtiam præferenti, diu credi-
m eſt; ſed poſtea, remotus ab aulâ,
nunquam reſtitutus, obiit.

CAPUT XX.

Æmulatio, invidiæ ſoror. Contra hanc remedia.

EAdem, quæ invidiam averruncant, etiam contra æmulationem remedia valent; quæ minus quidem habet malignitatis quàm invidia, ſed plus ambitionis quàm il-, non minùs alienis incrementis inſidiantis.

II. Verùm, quos æmulatio affla-t, eos ſpecie quâdam venerationis, inanibus honoribus, delinire, &, e competitores nobis ſint, avertere poſſumus: erigendo nempe ſpem illorum ad altiora, etiamque, quâ licet, juvando: è contrario id, quod nos affectamus, ceu meritis ipſorum inferius, noſtris autem, ceu non ſpe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

rantium ęqualia, auſpiciis ſufficien
deprimendo.

III. Si metus ſit, ne nos præve
tant, injectâ dubitatione retinen
ſunt. Quod fiet, ſi propoſitis in
tramque partem argumentis, maj
ſpecies iis addatur, quæ remorand
apta ſint ambituï ipſorum.

IV. At de omnibus optimu
fuerit, ſi deſtinata noſtra celare po
ſimus, donec æmulis vel infenſis in
pediundi tempus effugerit.

V. Ambitus nimis manifeſt
prenſantium odioſus nonnunquan
& iis eſt, qui modeſtiùs agentibu
pollicem converſuri erant. Ita ma
joribus cum difficultatibus confli
ctantur tales, majori quoque inv
diæ, ſi pervincant, ſin ſecus, oppro
brio, expoſiti.

VI. Longe tutius eſt, (ut num
4. jam dictum,) premere conſilia
remiges imitando, qui loco, a

quem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

[t]em appellere laborant, tergum [o]vertunt.

VII. Maximorum etiam impe[ri]orum candidati viam hanc inſtitê[re]. Nil uſitatius illis, quàm, Euripi[d]eüm Agamemnonis exemplo, [m]ajus quietis quàm honorum deſi[d]erium oſtentare. Senſeruntque [m]ulti, ſalubre hoc eſſe remedium [a]vertendis adverſantium inſidiis, in[f]amiæque effugiendæ, quæ fruſtra[t]os hos captatores manet. Gloriam denique eam conſecuti ſunt, ut, ſuffragiis non eblanditis, honor meritis ipſorum datus videretur.

VIII. Deinde, in petitionibus honorum id maxime cavendum, ne concurramus cum aliquo, qui nobis major ſit,& potentior clientelis noſtris. Man. Lepidus, vir, Taciti judicio,ſapientiſſimus,tunc imitandus erit: qui, cum Junio Blæſo, Seïani avunculo,in ſenatum à Tiberio pro-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

ductus, ut alteruter eorum procoſul Africæ legeretur, valetudine corporis, ætatē liberorum, nubile filiam, obtendit; Seïanum haud dubie inimicum veritus, ſi Blæſo provinciam præripuïſſet. Annal. 3.

IX. Sed nec obſtinatè cum il certandum eſt, quem princeps pro picius evectum it, quantumvis l contra illum faverit nobis: lex enim ſine dubio à gratiâ vincetur; ut, narrante hiſtorico, factum olim, quum Germanicus atque Druſus Haterium Agrippam, Germanici propinquum nequicquam obſtante lege, prætorem crearent. Annal. 2.

CAPUT XXI.

Ruïna quomodo effugienda? Imminens u tractanda? Et exempla illorum qui poten tiâ exciderunt.

HActenus præcepta, viro politico obſervanda, præcipua exe cuti ſumus. Si quæ reſtant, prudenti

cujuſ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

juſque & dexteritas ſupplebunt. uanquam autem illa non acqui-ndæ tantùm potentiæ aulicæ, ſed cuſtodiendæ ſerviunt: non inutile men fuerit, in promptu ſimul ex-npla habere illorum, qui poten-â exciderunt: ut alieno ſapere pe-culo, &, ſi ruïnam effugere minùs ceat, ad illam nos præparare ſal-em; diſcamus, Poſtremum enim oc non minùs altero neceſſarium ſt: quum, qui effugere nititur, ſæpe n vanos impetus aſſurgat; qui ſe præparat, caſum, paucis eorum evi-abilem quos fortuna alte ſubvexit, ibi reddat molliorem.

II. Caſus autem iſtiuſmodi vel culpâ noſtrâ, vel artibus inimico-rum invidentium aut competito-rum, vel perverſitate ingenii princi-pis, vel denique morte illius, fere eveniunt.

III. Quum omniũ hominum vita

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

labi prona eſt, erroribuſque referta
tum illorum inprimis,qui in alto vi
tam agunt, qui, ob authoritatē, qu
omnia facta eorum, bona, mala,ap
probare,qui prope eos ſunt, cogun
tur, ultra reprehenſionis aleam ſun
poſiti.

IV. Præ cæteris autem turpiſſi
ma eſt inſurgentium in principem
ſuæ dignitatis authorem perfidia
ingrati animi malæque fidei not
fœdatum crimen, & juſtiſſima indi
gnationis odiique principis mate
ries.

V. Hujus flagitii fugere vel um
bram in magnis dignitatibus poſit
viri debent, & proinde, nequam
principi ſuſpicionem moveant, illo
honores declinare quoque qui ma
lis conatibus opportuni videntur.

VI. Seianum Paterculus aulico
rum judicat prudentiſſimum : &
fuiſſe, reverâ oportet, qui ſub ca

li

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

li diffidentiſque illius Tiberii gra-
i tam diu floruit.

VII. Actu, inquit, fuiſſe otioſi
nillimum, nihil ſibi vindicantem,
oque aſſequentem omnia; ſemper
fra aliorum æſtimationes ſe mo-
entem; vultu vitâque tranquillum,
nimo exſomnem. Hunc tamen tam
autum verſutumque ambitio tan-
em eò abripuit, ut ad imperium
ſpiraret. Eoque fine primùm ma-
rimonium Liviæ, mortuo Druſo vi-
luæ, appetiit, quo, domui cæſarum
nnexus, faciliùs voto potiretur. Et,
uamquam, ſuſpectum hoc eſſe po-
tulatum Tiberio, ex tergiverſatio-
nibus ejus intelligeret, non mutavit
tamen animum, ſed, quod hac non
ſucceſſerat viâ, aliâ aggredi tentavit.

VIII. Tiberio faſtidium urbis
ſubiiſſe, cognorat. Illico ille nutan-
tem impellit, &, ut Capreas ſecede-
ret, perſuadet. Tacitus de hac re;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

Ne, aſſiduos, inquit, Annal. lib. 4.
domum cœtus arcendo, infringere
potentiam, aut, receptando, facul
tem criminantibus præberet; huc f
xit, ut Tiberium ad vitam proc
Româ amœnis locis degendam impe
leret. Multa quippe providebat: ſi
in manu aditus; literarumque m
gnâ ex parte ſe arbitrum fore, qu
per milites commearent; mox Cæſ
rem, vergente jam ſenectâ, ſecretoq
loci mollitum, munia imperii facili
tramiſſurum. Nec plane quidem i
lum ſpes fefellit. Brevi enim tem
pore, ſpecie ſublevandæ ſenectut
Tiberii, omnem pæne imperii vi
ad ſe pertraxit.

IX. Verumtamen viam, quan
inſtitit Seianus, plus periculi quàn
compendii habuiſſe, extrema tan
dem ejus oſtendêre. Quæ accura
tius heic memorare, pretium qui
dem operæ videtur: ut & aulici no
ſtr

in fortunâ ſuâ regundâ, & prin-
es in aliis elevandis, cautiores
nt.
X. Tiberio Seïanus vel carus vel
leratus fuit, quum operam ejus in
primendâ Agrippinâ, & hujus li-
ris, Nerone & Druſo, experire-
r utilem. Quibus facinoribus
omptum Seïanus ſeſe præbuit:
narus, ita non gratiæ tantùm prin-
pis velificari ſe, ſed & potentiam
iam atque ſpes ſtabilire: non reſi-
uis de Cæſarum domo niſi duobus
dolefcentulis; quorum tenera ætas,
i vel ſummum regimen accepiſ-
ent, authoritatem, tractationem-
que rerum, ipſi relictura erat, dum
es pateretur, ut nomen quoque
ummum uſurparet.

XI. Sed vide, quàm præcipites
ac temerarios faciat ambitio. Non
vidit is, quo propiùs abeſſet à faſti-
gio, eo magis ſe ſuſpectum principis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

diffidenti ingenio: potiùs minuen-
ſe, quàm ulteriùs progrediendi, qu-
rendas rationes. Ille contrà eg-
Quum enim nihil ſibi pręter nom-
imperatorium, (quod & ipſum t-
men erant qui illi tribuerent,) pr-
terque poteſtatem tribunician-
(quod ſummi faſtigii vocabulu-
imperatores ſolis ſibi vendicabant-
deeſſet; non contentus tamen, p-
tentiam ſuam in majus ſubinde e-
aggerare nitebatur. Quâ re ut
venerabilem cunctis, ita ſuſpectu-
Tiberio reddidit.

XII. Hic itaque, quum videre-
Seïanum non cohortes tantùm prę-
torias, ſed & ſenatorum plurimo-
familiaſque principes, partim be-
neficiis ac ſpe, partim metu, addi-
ctas habere; ſecretaque ſua à dome-
ſticis ad Seianum, non viciſſim il-
lius ad ſe, deferri: exitium mox
velut æmuli, agitans, priùs quàm

occœ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

œptaret quidpiam, voluntates
rumdam ſibi percontandas du-
, ut conſilia, quod agitaret, ap-
baturos à cæteris diſtingueret.
XIII. Ac, ne Seiano quidquam
mutato Cęſaris animo ſuboleret,
nſulem illum facit; amicumque
borum, coràm, & per literas, apud
tres & populum, appellat: mor-
um denique ſimulat; ſpeculatu-
s Seiani & aliorum affectus.
XIV. Nonnunquam lætiora de
aletudine ſuâ, &, venturum ſe pro-
ediem in urbem, ſcribit ad ſena-
um: Seianum laudans interdum, in-
erdum deprimens: alios ab ipſo
commendatos recipiens, adſpernans
alios: ut ita inter ſpem metumque
teneret ambiguum.
XV. Qui, ſeu gratiâ adhuc fre-
tus, ſeu metu, ne ſpes ſuas omnes in
caſum daret, nihil per vim aggredi
ſtatuit; ſperans inprimis, offenſiun-
culas

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

culas principis, ſi quæ ſint, tempo
deletum iri. Alii interim, ma
hactenus fortunam Seiani, quà
ipſum, ſecuti, perſpectâ Tiberii m
tabilitate, cautiùs agere incipiu
multorum paullatim in ipſum ſt
dia ſegneſcunt.

XVI. Tiberius, ſuperbum Seïa
ingenium pridem perſpectum h
bens; ſimul metuens, ne propo
tum, contemptu irritatum, ad p
riclitandam fortunam rueret, vu
gari jubet, propoſitum ſibi, tribun
ciam poteſtatem Seiano trader
Paullò poſt carceri illum inclu
mandat, ſcriptis ad ſenatum literi
quas Macro, prætoriis cohortib
præfectus, tulit. Hic, Romam in
greſſus, mandatum principis prim
omnium Memmio Regulo, tu
conſuli, (alter enim conſul Seian
erat addictior, mox Gręcino Lacon
vigiliarum præfecto, nondum ort
di

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

aperit. Inde in curiam tendens,
m forte Seianus, turbatus ani-
, obviam veniſſet, rogaretque
iquid à Tiberio ad ſe literarum
; in aurem illi inſuſurrat, tri-
um mox ſalutatum iri. Quo cu-
n non ſine tacitâ lætitiâ ingreſ-
Macro prætorianos abire do-
m jubet: eam eſſe imperatoris
untatem, literis oſtendit: in qui-
; & donarium illis promitteba-
. Abeuntibus prætorianis quum
conis cohortem ſubſtituiſſet, in-
eſſus ſenatum, literas offert: mox-
e, non expectatâ earum lectione,
ens, Laconem diligenter excu-
re jubet, ne curiâ Seianus exci-
ndo tumultui erumperet: ipſe ad
ætorianos ſe recipit, nequid mo-
entur, prohibiturus.

XVII. Literæ, quæ tum lege-
ntur, & extenſæ longiùs, quo plus
atii Macro ad providendum ne-
ceſſaria

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

ceſſaria haberet, & miro artifi
contextæ, erant. Initio aliis de n
gotiis, nihil de Seiano, memora
tur. Mox perſtringebatur idem, ſ
quod ajunt, levi brachio. Inde,
tertextis quibuſdam, ſequeba
alta, ſed & ea adhuc perfunctor
accuſatio. Tandem, poſt varios
reipublicæ negotiis excurſus, nor
nabantur duo Seiani familiares;
quos animadvertere juſſus ſenat
addito ſimul, ipſe ut ille compr
henderetur. Mortis de induſtriâ
miſſa mentio; ut ſpes relinqueret
accuſato purgandi ſe à criminibu
quæ nec niſi levia obiicerentur.

XVIII. Perlectis literis, mul
qui in ſenatum deduxerant illun
quum longe alia, quàm tribunicia
poteſtatem Seiano dandam, agita
cernerent, aſſurgere incipiunt, ir
cingentes Seianum, ne elaberetu
Quod, facturum fuiſſe, creditur,
litera

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

rarum initium in illum aſperiùs
ox detonuiſſet: Leviores illas per-
ctiunculas contemnens, loco ſuo
motus manſit; appellatuſque bis
ve à Memmio conſule, ut ſurge-
t, vix tandem paruit; cujus inſo-
ns erat.

XIX. Surgentem Laco primùm
quebatur; mox Regulus, aliis ſe-
atoribus comitatus, è curiâ in car-
erem deduxit: ubi poſtea à ſenatu
d ſcalas Gemonias damnatus fuit.

XX. En tibi aulici, cui poſt ho-
ninum fere memoriam calliditate
otentiâque vix ullus par fuit, exi-
ium: cujus ſtructura licet in ſoli-
dum prudentiæ Tiberii deberi vi-
deatur, potiùs tamen fato potentiæ
illius adſcribenda eſt, qualis mole
plerumque ſuâ hoc citiùs collabi-
tur, quo altiùs ſurrexit.

XXI. Quod ex Perennii exem-
plo diſci poteſt: quem, Seiani artibus

 ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

ad idem faſtigium graſſanten
Commodus, ingenio longe inf
Tiberium, ſubvertit.

XXII. Enimvero multos forſa
hæc non movent; quia ſapere pl
aliis, ſcireque aliquid quod illi, quo
rum caſus referuntur, ignoraverin
videntur ſibi. Et ſanè fuerunt poſt
rioribus ſæculis aliqui, quibus minù
infeliciter negotium hoc ſucceſſi
Qualem Boylam in hiſtoriâ Con
ſtantinopolitanâ fuiſſe legimus: qu
in Conſtantinum Monomachum
imperatorem conjuraſſe deprehen
ſus, ſupplicium, non perinde grav
ut alii tales, ſubiit; quòd in princi
pem mitem placabilemque incidiſ
ſet.

XXIII. Sed lubet eam hiſto
riam breviter heic recitare. Ex qua
intelligetur, conſilia, etiam ſecretiſ
ſima, oculiſque mortalium imper
via, divino proviſu inſperatis ſæpe
modis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

dis detegi,nec,quacunque etiam
iditate tractata , pœnam effu-
e.

XXIV. Boylæ huic ad tantum
ſas aptitudinem vel cauſam fu-
am , nemo mortalium credidiſ-
. Beneficiorum magnitudo, qui-
s ornatus erat , principi fecerat
inionem fidelitatis ; & aliàs ad
agna ingenio ineptus videbatur.
on enim tantùm humili loco na-
s,ſed & linguę tam impeditę erat,
t ęgre poſſet intelligi:eamque bal-
uciem quum gratam imperatori
ideret,pòſt de induſtriâ affectabat.

XXV. Iſtâ aſſentatione ſe in fa-
miliaritatem principis uſque adeo
nſinuavit,ut etiam gynęceium & cu-
biculum Conſtantini intimum ei
pateret. Tandem, ditatus à princi-
pe,inque ſenatorum numerum alle-
ctus , ſpes ſuas altiùs emittere cœpit:
eoque progreſſus eſt, ut per ſtragem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

principis ad ſceptrum ipſum ire c
gitaret. Id conſilium primùm i
aperit, quos imperatori infeſt
ſciebat; promittens ingentia appr
bantibus & operam ſociaturis; a
nuentes laudans ob benevolentia
erga principem, cujus rei explor
torem ſe ſimulabat.

XXVI. Iſta agitans, omniu
conſcientiam, niſi quorum non m
tueret, effugerat: effeciſſetque t
terrimum facinus, niſi ab uno co
ſciorum proditus, ejuſque arte d
prehenſus fuiſſet tum, quum gl
dium, quem in jugulum princip
acuerat, manu teneret. Imperat
tantam injuriam tam leniter tuli
ut, quoſdam ex conjuratis capita
ſupplicio, ipſum ſceleris ducem ex
lio, affeciſſe, ſatis haberet.

XXVII. Longum eſſet, huc o
mnes adducere eos, qui in aulis nau
fragium fecerunt; illos, inquam, qu
talibu

bus facinoribus meruêre pœ-
n; & illa, quæ authoribus non
tum ob culpam manifeſti, verum
am ob ſuſpicionem cogitati fa-
ıoris, contigerunt. Nos, iſta at-
liſſe contenti, hoc tantum addi-
us; Superbiam omnem, ſeu illa
incipem ambitione, ſeu jactantiâ,
xprobratione, maledicentiâ, ſplen-
ore, vel nimio comitatu, offendat,
iam eſſe ad exitium.

CAPUT XXII.

Apud principem jactantia, officiorum exprobratio, libertas, arrogantia, familiaritas nimia, ſuperbia, vanitas, avaricia, perfidia, conjuratio, diſcordiarum excitatio, ſingula ex ſuis exemplis, notata.

IActantia & officiorum exprobratio in aulâ Alexandri Magni Philotam Clytumque perdidêre. Iiſdemque ventis Craterus etiam abreptus pæne fuit. Certe acceptior longe fuiſſet principi, ſi intra gene-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

roſæ limites modeſtiæ ſubſtiti

II. Ita C. Silius apud Tiberi Antonius primus apud Veſpaſia Syllas apud Agrippam regem, d cia ſua deprædicando, fructu eo omni ſe privarunt. De quorum p ribus Tacitus, Annal. 4. & 4. H Joſephus de poſtremo eſt viden

III. Deſtrui jactationibus hu modi fortunam ſuam, credunt p cipes; quam ſibi debere hi, non tuti meritiſve ſubjectorum, vi volunt.

IV. Libido etiam reprehend di actiones principum, & in alios ram principe invehendi libertas arrogantiæ vicina, eſt fugienda. menes, de Hephæſtione, qui hiſtr nibus, aliiſque id genus hominib diverſoria aſſignarat quæ militib debebantur, petulantiùs coram lexandro conqueſtus, offenſam gis incurrit.

V. C

V. Cum principe etiam agere
miliarius, aut curarum principa-
m ſe ſolum venditare arbitrum,
perbiam ſapit; certe vanitatem, ſed
avaricia interdum ibidem ſe unà
gerit. Exempla talium multa paſ-
m extant in hiſtoriis. Quàm im-
odeſtè ſe Zotirus ſub Helioga-
alo geſſit? Quàm Turinus ſub A-
exandro Mammeæ filio? Quorum
ic imperatoris juſſu fumo eſt ſuf-
ocatus, fortunâ immitiore, quàm
rior, utens; juſto viſo, ut, qui
fumum vendiderat, fumo puniretur.
Ille, jactare ſolitus erat, principem
regi conſiliis ſuis: etiamque ubi ni-
hil prodeſſet emptori, rem faciebat,
favorem venditando.

VI. Inprimis digna memoratu
Planciani arrogantia: quæ & à vani-
tate comitabatur, & in perfidiam
tandem prorupit. Arrogantiæ tantę
fuit, ut opponere ſe Baſſiano, impe-

 ratoris

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

ratoris filio, authori dignitatis
fortunæ ſuæ, non dubitaret. T
vanus porro,ut,per urbem incede
non aditum ſolummodo, ſed
mnem fere conſpectum ſui, a
præcluſum vellet; præeuntibus ſe
per,qui obvios viâ depellerent. P
fidus tandem in principem ſuum,
que conjurationis manifeſtus, ca
tis pœnam ſubivit.

VII. Regnante apud Gall
Philippo Bello, Enguerrandus *M*
rigny, cum Carolo Valeſio adver
veluti fronte dimicare auſus, quà
miſere cum aliis perierit,ex hiſtor
Gallicis eſt notum.

VIII. Ante omnia quoque
aulis cavendum eſt, ne ſerendis i
ter principes diſcordiis opera
commodemus. Illi enim, reconc
liati inter ſe, tales plærumque am
citiæ ſuæ mactant. Cujus rei cu
multa exempla omnium gentiu
hiſto

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

oriæ, tum memorabile inprimis
onis Crondorferi eſt, quod Ba-
ca ſuppeditat. Is apud Radulfum
atinum in flagranti gratiâ age-
: eidemque principi author ini-
itiarum cum matre fuit. Rediit
tea mater cum filio in gratiam:
ondorferus autem linguâ oculiſ-
e multatus fuit.

CAPUT XXIII.

ævolentia principis, eorumque qui gratiâ valent apud principem, quomodo conſervanda?

Rincipibus ergo non adverſari debemus: non autem ſolis, ſed c iis etiam, qui gratiâ apud prin- pes ſupra nos valent.

II. Conſilium id Germanicus oriens Agrippinæ dabat. De quo acitus. *Tum ad uxorem verſus,* nquit, Annal. 2. *per memoriam ſui, er communes liberos oravit, exue-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

ret ferociam, ſævienti fortunæ ſub-mitteret animum; neu, regreſſa in urbem, æmulatione potentiæ, validiores irritaret. Neglectum Agrippinæ præceptum hoc, & ipſam, & liberos ejus perdidit. Diximus paullo ante quæ fuerit Eumenis minuta apud Alexandrum gratia, quum, de Hephæſtione querendo, irreverentius in principem ſe geſſiſſet, & in accuſatum retexiſſet invidiam.

III. Ideo, quum florere quempiam principis benevolentiâ viderimus, ſollicite noſtra authoritas, quæ eſt, velut ad trutinam cum illius eſt appendenda, ut ſciamus, noſtrane, an illius, præponderet. Et in iſto examine non tam ad ſpeciem externam, quàm ad momenta cauſſarum interiorum, attendendum eſt.

IV. Craterus, & Hephæſtion magnâ & æquali fere uterque gratiâ valere apud Alexandrum aliquando

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

ſunt: donec Alexander ipſe di-
men faceret; quum alterum, a-
cum regis; alterum, amicum A-
andri appellaret. Ex hac enim
ejudicium facere poterat Crate-
; quum principes voluntati plæ-
nque ſuæ, quàm dignitati, addi-
ores ſint, cariores ab illis quoque
beri eos, qui Alexandros, id eſt,
ſos, quàm qui fortunam regum
lunt & adorant. Et, quanquam,
to poſtea inter ipſum & Hephæ-
ionem diſſidio, per quod tota aula
partes abſceſſerat, Alexander
eutri ſe parti addictum oſtenderet;
raviter utrumque objurgans; &
œnam minitans, ſi hanc ei ſerram
n poſterum traherent: in iſtâ tamen
gendi ratione, quâ Alexander uſus
ſt, non tam æqualis ipſius erga u-
rumque affectio, quàm ſingularis
uædam principibuſque imitanda
prudentia, eluxit. Diſcordiam iſtam
turbas

turbas magnas dare poſſe videba
neque Crateri mirificam apud M
cedonas authoritatem, neu ſuum
Hephæſtionem favorem, illi inv
dioſum, ignorabat. Ergo Heph
ſtionem, minuendæ ejus invidiæ,
publico; Craterum, ne Macedon
offenderentur, privatim increpat.

V. Inter eos, qui in examin
principalis benevolentiæ neglige
tiores, vel, male ſubductâ ration
imperitiores fuerunt, numerari m
retur Antonius Primus: qui, conte
dere cum Mutiano auſus, didic
tandem, exitioſius eſſe, hunc, quà
Veſpaſianum ipſum, ſpreviſſe.

VI. Atque, ad hunc modum
pſius miniſtri injuriam, quàm dom
ni, acrius vindicari, res eſt fere c
mnium aularum exemplis conteſta
ta. Cauſſam indagat Dio, poſtquàm
in Seiano idem contigiſſe, narraſſe

VII. *Quemadmodum illi, quo*

inquit

uit, virtus, conſcientia meritorũ, dignitatem evexit, inania honorũ, ernaque cultûs indicia, non mulm morantur: ita contrà illi, qui per bitum humo ſe attollere: ſordeſque meſticas occulere, ſatagunt, ferunt ique, & contemptum illico interetantur, ſiquid vel minimi officii eglexeris. Ut adeo difficilius ſit, beevolentiam talium, quàm principis ſius, conſervare. Hic enim, condoare injurias, glorioſum ſibi exiſtiat: illi, ut non remittere videantur uod ulciſci nequeant, potentiam uam perſequendis inimicis non tringunt tantùm, ſed & oſtentant.

CAPUT XXIV.

Superbia, ſub principe, etiam in inferioris ſubſellii homines, ex exemplis notata. Perfidia in principem, prodens ſecreta illius, ex monſtris compluribus conflata.

NEque verò, in magnates tantum, ſed ſæpe & in inferioris

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

ſubſellii homines, inſolentius ſe g
ſiſſe, exitio fuit. Alvarum de Lu
rege Arragonio extra conjugiu
ortum, Joannes, rex Arragonu
adeo adamaverat, ut præcipua
rum, ipſamque dignitatem regia
nequiquam adverſantibus proce
bus, illi crederet. Sed, quum is, ad
perbiam ſecundâ fortunâ prolapſ
hominem nobilem, qui regis nom
ne illum officii admonuerat, ex al
pręcipitem egiſſet, regio juſſu pœ
capitis adfectus fuit.

II. Eſt & hæc in aulis non infr
quens talis naufragii cauſſa, quu
aliquis populo aut primoribus vel
vel principem exoſum reddider
Talem enim aut princeps ipſe, ut
invidiâ exolvat, abjiciet, aut alii
verſum ibunt.

III. Commodo imperante, Cl
ander prætorias cohortes aliquan
do in populum Romanum armav
rat

Ea res tantum turbarum Romæ
it, ut imperator ipſe, niſi Clean-
m immolaſſet iræ populi, ſecurus
n eſſet.

IV. Idem Commodus amore
teri cujuſdam omnium odia in-
rrerat. Quibus ut dominum ſuum
erarent miniſtri quidam qui
ommodo optime cupiebant, An-
rum illum aliquando ex aulâ re-
euntem, interemerunt.

V. Eutropius, Arcadio impera-
ori inter paucos longo tempore
ilectus, quum author crederetur
editionis à Tribigildo motæ, dedi-
us à principe inimicis fuit in pacis
retium.

VI. Inter mala, quæ aulicos ſub-
vertunt, non prætereunda eſt perfi-
dia, quæ ſecreta principis prodit,
cumque hoſte communicat; Scylla,
ut horribilis, ſic plurimorum jam
exitiis nota; conflataque ex monſtris

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

pluribus; levitate ſcilicet, impru-dentiâ, vanitate, ac infidelitate; ad-& , pecuniarum, injuſtorum hono-rum, ultionis, periergiæ, & aliarum inquietudinum ſtudio.

VII. Quod ad ſecreta princi-pum; optime ſibi conſulere illos exiſtimo, qui arcana principum non rimantur, ſaltem ſoli in horum con-ſcientiam adhiberi fugiunt. Solus enim ſi ſcias, & fama forte, quæ in-genioſa eſt ad conjectandum, ſimi-le quid ſparſerit; non effugies ſuſpi-cionem, quin, per te emanaſſe ſe-cretum, ille judicet. Ac, licet prin-ceps alteri forte idem aperuerit, fie-ri poteſt tamen, ut id obliviſcatur, aut alterius ſilentio plùs confidat: & ſic nihilominus in te cudetur faba.

VIII. Non ſine cauſſa Philippi-des, Poëta comicus, Lyſimacho regi inter primos charus; quum interro-garetur, quarum rerum particeps

redd-

…i à principe ſuo optaret; Nihil,
…d ab ipſo proficiſceretur, recuſa-
…m reſpondit, dum ab arcano-
… conſcientiâ liber eſſet. Sequa-
…r, quantum fieri poteſt, exem-
…m ejus, &, ſecreta, ut rem diffici-
…uſtodiæ, ignorare, quàm ſcire,
…amus tutius.
…IX. Hiero, Syracuſarum prin-
…os, eos, qui arcana principum re-
…larent, dicebat injurios eſſe, ut
…i odio principis ſecum alios pari-
…r exponerent.

CAPUT XXV.

*…nſpirationum cum inimicis principis, cauſ-
ſæ, genera, exempla.*

CÆteroqui maxime anceps inter omnes illorum fortuna eſt, qui,
…eu avariciâ, ſeu ambitione, ſeu ful-
…iendæ ſecuritatis ſtudio, impulſi,
…um inimicis principis, ſeu externis,
ſeu domeſticis, conſpirant.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

II. Cardinalis Balæus, ſartore g
nitus, à Ludovico XI. ærario pra
fectus, inde ad epiſcopalem, & dem
que, interceſſione regis, ſpontequ
etiam pontificis, conferre illi nite
tis in beneficium, quem ſibi hact
nus adverſum expertus erat, ad ca
dinaliciam dignitatem, pervenera
Poſtea verò cum inimicis conſpira
ſe compertus, turris Lochenſis co
lonus duodecim annos fuit. Und
tandem illum Sixti IV. preces lib
rarunt.

III. Ob crimen ſimile ſimilem
etiam pœnam, Franciſco I. regnan
te, Pratenſis cardinalis ſubiit: non li
berandus forſan unquam carcere
niſi, inbibens ſubinde urinam ſuam
ſtranguriæ ſimulatione medicos fe
felliſſet. Veritus enim rex iram Pa
pæ, ſi iſto malo abſumeretur in car
cere cardinalis, dimiſit illum.

IV. Petrus de Vineïs, Friderico
II. im

imperatori, ab intimis conſiliis,
ſpirationis cum Alexandro III.
pâ, hoſte imperatoris, ſuſpectus,
ulos perdidit.

V. Stiliconi non tantùm conſi-
occupandi imperii orientalis, ſed
occulta cum Alarico, Gothorum
ge, commercia, mortem arceſſi-
ſſe creduntur, Quod confirmat
gnominioſa illa pax, quam cum eo-
em Alarico iniit, nequiquam repu-
nante ſenatu. Lampadius, qui &
pſe reclamaverat, non pacem, ſed
pactionem ſervitutis, appellat, quâ
tributum Barbaris imperator pen-
dere cogatur.

CAPUT XXVI.

Ancipitium conſiliorum author ne ſit politicus. Belli ſuſcipiendi, vel rumpendi fœderis, conſilia quo pacto inſtituenda? Errorum, ob quos gratiâ principum exciderunt aulici, quanta varietas?

IN primis quoque politico noſtro, quem inſtituimus, cavendum eſt, ne

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

ne ancipitium conſiliorum ſit author. Horum enim adverſus exitus culpæ ſuaſoris; proſper, fortuna principis, imputari ſolet; non ſolum à vulgo, qui omnia ex eventu judicat; ſed à principe ipſo, lætante ſi habeat, in quem invidiam infelicis conſilii derivet.

II. Superſtite, mortuoque Stilicone, unum publicarum quiritationum argumentum erat, pax ab ipſo cum Gothis inita. Olympius, qui ruinam Stiliconis procuraverat, ad famam per contraria nitens, rupit pacis fœdus, Alarico fruſtra jus & æquum objectante. Bello aliquamdiu adverſis avibus geſto, idem, omnium malorum author judicio vulgi habitus, tandemque ab eunuchis, validis apud imperatorem gratiâ, accuſatus, curiâ relictâ, in Dalmatiam profugit.

III. Quum de bello ſuſcipien-
do,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

vel rumpendo fœdere, agitur,
niſtri partes ſunt, argumenta in
umque partem afferre ſolùm, re-
o eligendi quidlibet principis ar-
rio. Si tamen ſententiam dicere
geatur, tutius fuerit, ad pacem
linare, niſi neceſſitas ipſa, aut a-
rta utilitas, aliud ſuadeat.

IV. Prudenter id ſecutus eſt Jo-
us, Olympii, de quo diximus, ſuc-
ſſor. Is enim, ad bellum pronior,
magis eſſet principi neceſſarius,
cis tamen amorem, more politi-
s nonnullis uſitato, præferebat.
ongreſſus Reminenſi urbe collo-
uii cauſa cum Alarico, conditio-
es, quas Alaricus proponebat, Ho-
orio mittit: ſeorſim aliis literis ei
uadens, ut regimen exercituum A-
larico offerret; quo æquior ad cæ-
era fieret. Imperator, è re ſuâ eſ-
ſe negans, externo, & hactenus
hoſti, robur committere, in tri-

buta

buta potius conſenſurum ſe reſpondet.

V. Has literas quum Iovius Alarico prælegiſſet, hic ſe ſuoſque ab Honorio contemni indignatus, abrumpit incertam pactionis telam. Iovius redit ad Honorium. Qui & ipſe, inſolentiâ hoſtis offenſus, jurat nolle ſe pacem cum Alarico: eodemq; ſacramento ſuos omnes obſtringit. Ita Iovius eâdem aſtutiâ & ruptarum induciarum invidiam à ſe removit; & Alaricum teſtificatione voluntatis, quâ tribunum cæſaris exercituum fieri voluiſſet, ſibi devinxit; Honorium verò bello implicuit. Quod authoritatem Iovii, potentiamque, mirum in modum ſtabilivit.

VI. Errorũ, ob quos gratiâ principum exciderunt aulici, in hiſtoriis tanta varietas eſt, ut nemo ullâ diligentiâ omnes ita colligere poſſit

quin

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

n, quum plurimos dixerit, plures
[illegible]en omiſiſſe videatur. Quapro-
r, principalioribus tantùm deli-
[illegible]is, reliquos induſtriæ ac pruden-
cujuſque relinquemus.

CAPUT XXVII.

[illegible]ibus dolis aulicus à malevolis prematur. Primus ut aulâ vel exeat ipſe ſub quodam prætextu, vel amoveatur ſpecioſe. De iis, qui eâdem arte ex provinciis revocantur.

QUomodo ſuâ culpâ aulicus excidat gratiâ principis, vidi-
[illegible]nus. Iam oſtendamus modos, qui-
[illegible]bus eundem inimici, invidi, æmuli-
ve, premere poſſunt. Sunt autem
[illegible]i triplices ferme. Vel enim amo-
[illegible]liri illum ab aulâ, quæſito prætextu
non inhonorifico, conabuntur: vel
domino ſuſpectum inviſumque red-
dent: vel denique vi apertâ princi-
pem ad talem removendum ſubi-
gent.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

II. Amolitionis, quem modu
diximus eſſe primum, ut viæ vari
ita fines diverſi ſunt. Quidam eni
ſpecie honoris, aut occaſione cu
propinquis vivendi, inducantur,
non ingratiis ab aulâ diſceda
Quâ viâ, Manuele Comneno im
perante, callide uſus eſt Styppiot
ad Hagiotheodoritam, ut lumin
bus ſuis obſtantem, amovendu
Orto enim diſſidio inter Michaële
pædagogum & Ioſephum Balſam
nem, Styppiota imperatori perſua
det, Hagiotheodoritam, Balſamo
nis affinem, ſi Peloponneſo recto
daretur, compoſiturum litem. Ha
giotheodorita, ſtudio juvandi affi
nem lætus, accipit munus; nih
penſi habens, Styppiotam ſolum in
terim, æmulo remoto, munia im
perii tractaturum. Id quod factum

III. Quidam, rixis inimicorum
in aulâ agitati, ut quieti ſuæ conſu-

lant

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

, provinciam qualemcunque
texendo diſceſſui arripiunt.
emadmodum Agrippa, qui, Vel-
o teſte, ſub ſpecie miniſteriorum
ncipalium profectus in Aſiam, ob
itas, ut fama loquebatur, cum
arcello offenſiones, præſenti tem-
ri ſe ſubduxit.

IV. Tiberius, ſuperſtite Cajo
æſare, ſibi infeſto, Rhodum ſe-
ſſit, ſtudium literarum ſimulans:
per matrem (Suetonii verba
nt) conſecutus eſt, ut, ad velandam
gnominiam, quaſi legatus ab Au-
uſto iret.

V. Si prætextus abſit, quo is,
uem remotum cupias, diſceſſum
ponte quærat, nec pro beneficio
eputet ut ultro diſcedat; perſuade-
ur princeps, ut muneri illum alicui
præficiat, eo nomine, quod à ne-
mine dignius adminiſtrari poſſit.

VI. Ad eumdem modum, ab-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

ſtractum à provinciâ cupiunt æmu eum, cujus authoritatem labefacta tum eunt; quem in aulam pertrahe re, tanquam neceſſarium principi atque immiſcere aulicorum turbæ quorum faſtigio obſcurus fiat, labo rant.

VII. Quo artificio apud Polybium Apelles uſus, quando Taurionem administratione Peloponneſi exu tum ibat.

VIII. Ita Darius, de conſilio Megabyzi, Hyeſteum ex Ionibus re vocat, non quod præſentiâ illius o pus eſſet, ſed ut potentiam ejus in fringeret.

IX. Si aulici hi, amolitione alterius ſuum extendere locum contenti eſſent, nec ultrà irent, aliorum longe pejorum comparatio hanc artem tolerabilem redderet. Verum heic plærique non ſubſiſtunt.

X. Conſtantio imperante, Syl- vanus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

us, pedeſtris militiæ rector, ut
mianus Marcellinus author eſt,
etione id procurante, in Galliam
titur, ad corrigenda mala, quæ
llis à Barbaris inferebantur; ut
e æmulus, quem quietum eſſe fe-
atur, periculoſæ molis opus de-
naret, & in alium converteret. Ille
profectus, quum gratus Gallis,
que inde potens eſſet, ſtruente
ox Arbetione invidiam, apud
nperatorem, tandem exitium ſu-
iit.

XI. Eadem propè fortuna fuit
rſicini, ſub eodem imperatore e-
ueſtri militiæ præfecti. Conjura-
erat in ejus perniciem cum aliis
onnullis aulicorum Euſebius qui-
dam, eunuchus. His machinatori-
bus ille, ut longius aulâ abeſſet, in
Perſiæ fines mittitur. Ubi decen-
nium moratus, ſucceſſorem accipit
Sabinianum, nec ingenio, nec ex-

 perien-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

perientiâ, parem muneri. Mox, o
to rumore, parari à Perſis bellum
idem ſubſiſtere ibi jubetur, poteſta
te jam alteri traditâ: ſtudio rem it
digerente Euſebio, ut ſecundam i
Perſas fortunam Sabinianus ſib
vendicaret, adverſa Urſicino impu
taretur. Quod & eventus pòſt ap
probavit. Dejectus enim ob culpam
alienam Urſicinus, in privato, quo
reliquum vitæ habuit, tranſegit. Vi
de ſis & c. 30. n. 5.

XII. Conſtantii illius temporæ
aliud etiamnum exemplum ſuppe
ditant. Ruffinus enim, patruus Gal-
li, prætoriis cohortibus præfectus
ad ſedandam militum ſeditionem
miſſus non aliâ mente fuit, quàm
ut inter infeſtas inſanientium ma-
nus periret. Eodemque fine Clytus
ab Alexandro in Sognianos ire ſe
juſſum querebatur.

CAP.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

CAPUT XXVIII.

undus; Ad ſuſpectos inviſoſque facien-lum alios principi, calumniæ adhibentur, laudeſque. De calmniis. Exempla.

HÆc de amolitione, ſeu primo medio, quo inimici, invidi, æ-ulique, in alium, gratia principis xcutiendum, utuntur. Secundum ſt, quo ſuſpectos inviſoſque principi eddunt: idque ope calumniarum, el laudum.

II. In calumniis ad duo atten-lendum. Primum; An idoneæ & ſufficientes ſint ad mutandam principis voluntatem? Secundum; An ſimiles vero? De primo judicium faciendum eſt, quum ex ſtatu rerum præſenti, tum ex genio & inclinatione principis, ipſaque naturâ negotiorum.

III. Nullæ calumniæ pluribus magnorum virorum ruinis ſcatent,

 quàm,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

quàm, quæ vel machinationum in principem & ejus imperium, vel contemptûs ac dedignationis parendi, vel quæ maledicentiæ & irriſionis, quod ad dicta atq; facta principis, alios inſimulant & reos agunt.

IV. Vero ſimiles redduntur calumniæ, ſi illorum, quos reos facit calumnia, ſi etiam ſervorum, amicorum, parentum, ſeu ullâ neceſſitudine innexorum, dictis atque actionibus inuratur nota arrogantiæ: ſi fictæ ſupponantur literæ, vel judicium, quaſi quod, de bonâ fide calumniatoris, deque crimine accuſati, jam ante in animo principis inſederit.

V. Illa, quæ in crimen rapiuntur à calumniâ, vel ſponte egit aut dixit is qui traducitur: vel inductus inimicorum aut invidentium dolis; qualia ingenia lenocinio verborum ſuorum elicere poſſunt etiam illa quæ non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

non ſunt, & in quâlibet re occaſionem invenire quâ adjuventur.

VI. Sunt, qui, alium ad aliquid faciendum adhortati, ubi paruerit, id ipſum telum faciant accuſationis, ſæva principi molitum, affingentes.

VII. Baſilio, Conſtantinopolitano imperatori, magus quidam monachus, Santabarinus nomine, præter cæteros diligebatur; inviſus idem ſupra modum filio imperatoris Leoni. Omnibus ergo ſimulatæ devotionis obſequiis benevolentiam eblandiri conatus, credulitati tandem hujus juvenis impoſuit. Poſt enim, fide ſibi præſtructâ, monet Leonem, pugionem ad ſeſe defendendum ſub veſte occultum gereret, ſiquando venatum procederet cum patre. Illo obtemperante, magus patrem mox adoritur, filium cogitati parricidii occulte inſimulans. Indicium defert pugionem,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

quem ille, occaſionem ſpeculan
circumferat. Quid multa? Eo r
deducta, ut filius in carcerem com
pingeretur, ac, procerum intenſiſſ
mis protectus precibus, ægre tan
dem ſupplicio elaberetur.

VIII. Valentiniano imperant
Aëtius Bonifacium, comitem, qu
imperatori percarus, Africæque re
ctor impoſitus erat, apud Placidiam
matrem principis perfidiæ, &, quò
Africam ſibi ſubiicere mente agita
ret, accuſat: ſuadens ſimul, ut pro
pere inde revocaretur. Eodem tem
pore per literas Bonifacium monet
accuſatum ipſum in aulâ, eâqu
cauſſa revocari: caveret tamen redi-
re, niſi inimicus eſſet ſaluti ſuæ. Bo
nifacius, his fidem habens, ade
Auguſtæ, ipſum revocanti, non pa-
ruit, ut Gontarum, Validulorum re-
gem, & Genſericum, hujus filium,
in Hiſpaniâ tum rerum potientes,

acceſ-

eſſeret, vim oppoſiturus paranti-
s reducere; qui hac occaſione
auritaniam tunc occuparunt. Dolo
ſtea retecto, conſtitutum eſt, quo
rtior res eſſet, pro more iſtius ſæ-
ili, permittente Placidia, duellum.
n quo Aëtius ſuperatus, cedere aulà
ſt juſſus.

IX. Non diſſimilis huic eſt Sa-
nonæ verſutia. Qui, Leoni, Baſi-
ii imperatoris, filio, ob detectam
Baſilii, Zoæ imperatricis cognati,
conjurationem, adamatus, quum
Andronicum, adverſus Saracenos
dilectum ducem cum Amerino Lo-
gothetâ, perditum iret, eum amici
literis admoneri jubet, caveret ſibi
ab Hymerio, qui illum acuſaturus
veniret. (exoculatio iſtoc ævo ſup-
plicii fuit genns, quo viri principes,
ſi quorum debilitanda videbatur
immoderata poteſtas, afficiebantur)
Andronicus, vera hæc eſſe credens
quæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

quæ à Sumonâ confićta erant, ſeceſſione facta ab Hymerio, occupat caſtellum quoddam. Factum id quominus exaggeraret apud imperatorem Samonas, nihil prohibuit. Quo perſuadente, miſſus eſt exercitus, qui Andronicum, unà cum Saracenis, finibus imperii ejecit.

X. Fecimus paullo ante. (cap. 27. num. 10.) Arbetionis mentionem. Is quomodo dolo dolum ſuperaddiderit, res annotatione digna videtur. Quum infenſum Conſtantium Sylvano videret; metuſque eſſet, ne hic, Romam veniens, objecta crimina dilueret: literas imperatoris, Sylvanum ad ſe vocantis, Apodemio cuidam committi curat. Qui, Gallias ingreſſus, ſuppreſſiſque literis, extrema ipſi imminere, narrat. Hinc, in ſeditionem & ſalutis ſuæ remedium motus Sylvanus, calumniam imprudens verificavit.

XI. Ve-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

XI. Verum enim vero nimis diu Seiano ſiluimus. Cui, ut mirè in omnibus verſutus erat, nec iſthæc, de quâ agimus, ars inuſitata fuit. Ut Agrippinam Tiberio redderet ſuſpectiorem, amicos ſubornat, qui ſpes ejus ultra licita inflarent. Proximi quoque illiciebantur ad tumidos Agrippinæ ſpiritus pravis ſermonibus ſtimulandos. Ipſo deinde machinatore ſobrina Agrippinæ, Claudia Pulchra, poſtulatur: quò, injuriam hanc apud Tiberium queſta, atrox & ægritudinis male temperans mulier tanto vehementius ſuſpicacem imperatoris animum perſtringeret.

XII. His non contentus Seianus, mœrentem & improvidam altius percellit, immiſſis, qui per ſpeciem amiciciæ monerent paratum ei venenum, vitandas ſoceri Tiberii epulas. Illa, male credula, quum, tradente Tiberio pomum, abſtinuiſſet

manum,

manum, non mediocriter offend eum.

XIII. Ab eodem, quum Agrip-pinæ liberiſque ejus jam additus eſ-ſet explorator miles, ſubornaban-tur, qui monerent, ad Germaniæ exercitus perfugeret, vel celeberri-mo foro effigiem divi Auguſti am-plecteretur, populumque ac ſenatū auxilium invocaret.

XIV. Verùm enim vero, quanto ſcelere clientē ejus Titium Sabinum circumvenerit, ut ambitionis omni-no ſuſpectum Tiberio faceret, in hiſtoriâ ipſa eſt legere: quam, non minùs abominabilem, atque me-moriâ dignam, te, lector, non pige-bit heic ipſis laudatiſſimi hiſtorici verbis, quæ Annal. lib. 4. extant, percurriſſe.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

CAPUT XXIX.

Proditionum, falſarum literarum, teſtiumque, exempla.

NOn poſſum, quin aliud etiam ex eodem Cornelio exemplum addam. *Firmius Catus, ſenator, ex intimâ Libonis amicicia, juvenem improvidum, & facilem inanibus, ad Chaldæorum promiſſa magorum ſacra, ſomniorum etiam interpretes, impulit, dum proavum Pompeïum, amitam Scriboniam, quæ quondam Auguſti conjux fuerat, conſobrinos cæſares, plenam imaginibus domum, oſtentat; hortaturque ad luxum & æs alienum, ſocius libidinum & neceſſitatum; quo pluribus indiciis illigaret. Vt ſatis teſtium eſſet, etiam, quei ſervi ea noſcerent, reperit. Aditum ad principem poſtulat; demonſtrato crimine & reo per Flaccum Veſcularium, equitem Romanum.*

num, cui propior cum Tiberio uſus erat. Annal. lib. 2.

II. Styppiota, cujus in amoliendo Hagiotheodoritâ dolum ante (cap. 27. n. 2.) retuli, effugere non potuit, quin modo, quo Sabinus Romanus, (de quo præcedentis capitis num. 14.) fere ſimili circumveniretur. Structor fraudis Camaterus Logotheta fuit. Qui, Styppiotæ inimicus, coram imperatore eum inceſſebat, ut impoſtorem, & Siciliam prodere animo agitantem. Atque, ut veri ſpecies adeſſet calumniæ, imperatorem certâ cubiculi parte occulit; eoque audiente, cum Styppiotâ, quem de induſtriâ invitaverat, ſermonem de Siciliæ rebus orditur. Ubi non pauca excidêre Styppiotæ, Cæſari adverſa aut ingrata. Nondum contentus Camaterus, literas fictas ſchediis Styppiotæ immiſceri jubet: quibus juſſu imperatoris

aris excuſſis, damnatus Styppiota, ulisque privatus eſt.

III. Iſta narratio anſam nobis præbet, accedendi ad alterum modum, quo calumnias diximus vero ſimiles reddi. Qui in literarum ſimilarum ſuppoſitione conſiſtit. Hic modus adeo quidem ſe tueri non potuit, quin evaneſceret tandem: tametſi maximam ſemper vim habuerit ad ſuſpiciones animo principis imprimendas altiſſimas, alienandamque voluntatem; quo animadverſo, accuſati, pejora timentes, vel ſponte ſe negotiis ſubduxêre, vel, facinora poſt calumniam acceptam demum aggreſſi, hanc in ſe ipſis aſtruxerunt. Quod paulo ante Sylvani exemplo eſt comprobatum, cap. 28. num. 10.

IV, Non debile quin etiam calumniarum firmamentum eſt falſorum teſtium perfidia. Quibus inprimis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

mis opus habent ii, qui crimina læſa majeſtatis vel proditionis objiciunt: domeſtici autem heic quàm plurimùm valent.

V. Arcadio regnante, Eutropius, Timaſio, veteris militiæ & ſpectatæ authoritatis viro, inſidians, clientem ejus, vel potiùs intimæ admiſſionis familiarem, Bargum, blandiciis doniſque corrupit, ut affectati imperii Timaſium accuſaret. Fidem accuſatori fœneravit Bargus; quòd tanta cum Timaſio cunjunctio illius, tam bene merito crimen intentare, niſi certiſſimum eſſet, non auſura credebatur.

VI. Additę inſuper ad probationem ſceleris literæ adſimulatæ. Hoc pacto innocentiſſimus vir unà cum filio in inſulam Oaſin ejectus eſt. Unde neuter rediit.

VII. C. Petronius apud Neronem ſcientiâ voluptatum Tigellino potior

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

tior videbatur. Scevinus autem, tronii amicus, author fuerat conjationis in Neronem. Unde invia confuſus Tigellinus, corrupto indicium ſervo accuſati æmuli tronii, mox illi amiciciam Scevi- conſcientiamque facinoris, objeabat. Annal. lib. 16.

CAPUT XXX.

alumniarum firmamenta, principis erga utramque partem affectus, fictaque amicicia ſub occultâ inſectatione.

DIximus antè, ad firmandas calumnias multùm facere affectum principis erga calumniatorem. Pernotum id Seiano fuit. Qui Agrippinam, Germanici viduam, Liviæ Auguſtæ ſuſpectam reddere nitens, Julium Poſtumum ad id dilegit: hic enim per adulterium Mutiliæ Priſcæ inter intimos Liviæ fuit, & conſiliis Seiani peridoneus: Priſca

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

verò in animo Auguſtæ valida erat. Taciti verba ſunt lib. 4.

II. Compendioſius autem calumniarum procedunt fraudes, ſi is, in quem calumniæ jaciuntur, principi jam antè aliquatenus ſuſpectus eſt. Tum enim calumniator non ſolummodo premere alterum, ſed ſe quoque ipſum provehere poteſt.

III. A. Vitellii familiares Junium Blæſum non antè aggrediuntur, quàm ſeneſcere Vitellii erga illum viderent benevolentiam: votoque potiuntur eo faciliùs, quòd Vitellii frater Lucius operam calumniæ ſuam commodaret. Lib. 3. Hiſt.

IV. Grachus, ex liberis Cæſaris, &, ut Tacitus Annal. 13. inquit, uſu & ſenectâ à Tiberio uſque domum principum edoctus, conſervandæ ſibi principalis gratiæ remedium optimum putat, Cornelium Syllam,

quem

em pridem Nero ſuſpectabat, ac-
ſaſſe. Eademque arte adverſus
undem Syllam & Plautum Tigel-
nus poſtea utitur. De quo ita Ta-
itus, Annal. 14. *Validior indies Ti-*
ellinus, & malas artes, quibus ſolis
ollebat, gratiores ratus, ſi principem
ocietate ſcelerum obſtringeret, metus
jus rimatur. Compertoque, Plautum
& Syllam maxime timeri; Plautum
in Aſiam, Syllam in Galliam Narbo-
nenſem, nuper amotos; nobilitatem
eorum, & propinquos, huic Orientis,
illi Germaniæ exercitus, commemo-
rat. Poſt pauca: *Syllam inopem; unde*
præcipuam audaciam: & ſimulato-
rem ſegniciæ, dum temeritati locum
reperiret: Plautum, magnis opibus,
ne fingere quidem cupidinem otii.

V. Urſicinum ab Euſebio eunu-
cho coram Conſtantio accuſatum,
qui jam ante ob propinquitatem
Galli iniquus erat ipſi, ſuprà c. 27.

II. diximus; non annotato tamen cauſſæ eventu. Qui talis fuit. Trepidante accuſatione, quòd argumenta, quibus probaretur crimen, deficerent, eunuchus, alium mox dolum comminiſcens, ampliari reüm jubet. Manente ita re indeciſa, primò Urſicinum, quem liberare ab diſcrimine judicii videbatur, devincit ſibi: ſimul tamen eumdem ab aulà, id quod præcipue ſpectaverat, amolitur, ſpeciem amiciciæ præferens, cæterum apud principem occulte inſectans eümdem.

CAPUT XXXI.

Calumniatorum ars; & calumniandi modi præcipui; accuſare alium de dicto. quod in ſe verum eſt, ſed fœdum, & ab accuſato non dictum; &, ſpecie referendi aliorum dicta, imperatoribus flagitia impune exprobrare.

QUi alium accuſant, maledixiſſe principi; quo plura maledicta

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

vero trahunt, hoc facilius fidem cuſatio inveniet.

II. Id quod in exemplo Granii arcelli ſatis apparet. *Quem*, ut Tacitus ait, Annal. lib. 1. *Cæpio Criſpinus inſimulabat, ſiniſtros de Tiberio ermones habuiſſe, inevitabile crimen, quum ex moribus principis fœdiſſima quæque dilegeret accuſator, objectaretque reo, nam, quia vera erant, etiam dicta credebantur.*

III. Hoc exemplum ſecuti plæique calumniatorum, imperatoribus flagitia eorum, ſpecie referendi aliorum dicta, impune exprobrabant. Id quod ſolum pæne illos movere debebat, quo calumniantibus aurem præbere parcerent.

IV. Et Tiberius quidem, ut exprobrationum oſor, ſic amator calumniarum, ne illas præſens in ſenatu audiret, nec hæ omitterentur, Capreas ſeceſſit: vitandos credens, ut

ut ait hiſtoricus, patrum cœtus, voceſque, quæ plærumque veræ & graves coràm ingerebantur. Annal. li. 4.

V. Ratione illâ, exprobrandi principibus ſcelera ſua, utuntur etiam illi, qui, traducentes per convicia matricidium Neronis, alios de eodem coram autore Cæſare accuſant, magis vituperandi ſceleris, quàm perdendi accuſati ſtudio.

VI. Hi ſunt uſitatiores modi, quibus calumniatores utuntur. Nam omnes quis enumeret? Monſtrum eſt calumnia, cui mille figuræ, mille nocendi artes.

CAPUT XXXII.

Laudum aulicarum technæ. Aulici larvati. Voluntas interna laudantium calumniantiumve inſpicienda. Modus tertius, *quibus ab aulicis opprimitur aulicus; vis nempe.*

A Calumniis ad laudes accedamus. Quorum itidem, uti diximus,

us, ad opprimendos alios eſt in
lâ uſus. Plurimi heic odia, invi-
iam, æmulationemque, palliant,
o fallant facilius.

II. Ita Fabius Valens Mantium
alentem ſecretis criminationibus
famat ignarum, &, quo incautiùs
eciperetur, palàm laudatum. Ta-
t. 1. Hiſt.

III. Ita Euſebius eunuchus, Ur-
cinum immenſæ benignitatis ille-
ebris impugnabat; eumque virum
ortem propalâm ſæpe appellabat,
d innectendum lethalibus inſidiis
irum ſimplicem perquam callidus,
x eâ tempeſtate nimium potens.
Ammian. Marcellin.

IV. Alfonſus, Arragoniæ rex, quo-
dam alium præter ſolitum coram
ſeſe laudante, ad amicum converſus,
Iſte, inquit, *exitium haud dubie ei,
quem laudat, meditatur*. Nec fefel-
lit regem ſententia. Sexto enim
menſe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

menſepoſt laudator, quem tam ambitioſe extulerat, in jus vocavit evertiſſetque, niſi rex interceſſiſſet.

V. Mucianus Antonium Primum, quem propalàm opprimere nequibat, multis in ſenatu laudibus cumulatum ſecretis promiſſis onerat; citeriorem Hiſpaniam oſtentans diſceſſu Cluvii Rufi vacuam. Simul amicis ejus tribunatus præfecturaſque largitur. Dein, poſtquam inanem animum ſpe & cupidine impleverat, vires abolet, demiſſa in hyberna legione ſeptima; cujus flagrantiſſimus in Antonium amor. Tac. l. 4. hiſt.

VI. Neque verò aulici modò, ſed principes etiam ipſi, dum alios diminutos cupiunt, hanc viam inſiſtunt. Tiberius Libonem (quem ſecretò ſuſpectum inviſumque habebat) præturâ ornat, convictibus adhibet: non vultu alienatus, non verbis commotior. (adeo iram condiderat.)

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

(..at.) Tac. lib. 2. Annal. Eodem ..ficio Seianum evertit idem. Do..ianus nunquam metuendus ma..erat, quàm, quum vultu clemen..m præferret. Andronici lauda..nes, initia injuriæ; liberalitatem, ..licium publicationis bonorum; ..hitatem, mortis prodromum Ni..tas vocat

VII. Alii laudatione alterius id ..ærunt; ut principem invidiâ ac..ndant. Eâ ratione apud Domitia..um Julius Agricola premebatur. ..nde Tacitus, in Agricolâ, de eo: *..auſſa periculi, non crimen ullum, ..ut querela læſi cujuſquam; ſed in..nſus virtutibus princeps, & gloria ..iri, ac, peſſimum inimicorum genus, ..audantes.*

VIII. Juliani imperatoris extat ..ictum: *Nullos eſſe capitaliores hoſtes ..uàm larvatos aulicos.* Quales Po..ybius, & poſt eum Mamertinus, de-

ſcribit. Quorum hic in panegyrico; *Callido*, inquit, *artificio accuſatoriam dicacitatem laudum titulis peragebant in omnibus conventiculis, quaſi per benevolentiam.*

XI. Sed quibuſdam iſtas etiam laudationes tum uſurpatas cernimus, quum commendando unum, alterum, ceu diſſimilem, coarguere, notareque cuperent. Malignitatem ejuſmodi Herodoto Plutarchus obiicit, quum ab eo Athenienſes, Perſarum arma fortiter retundentes, laudatos dicit, non extollendi ſtudio Athenienſes, ſed cæteros vituperandi.

X. Regibus, Senecâ teſte, miniſtros defunctos mortuos laudare mos eſt, ut vivis pudorem ſuffundant. Ita Auguſtus fida obſequia Mecœnatis & Agrippæ efferebat, quum, filiarum libidinibus propalatis, familiares ſuos reprehendere vellet,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

ret, ut negotiorum famæque
ncipis parùm curioſos.

XI. Idem Auguſtus laudando
uſandoque Tiberium ſuggillat.
quo Tacitus, Annal. lib. 1. *Au-*
ſtus, paucis ante annis quum Ti-
io tribuniciam poteſtatem à patri-
s rurſum poſtularet, quanquam
norâ oratione, quædam de habitu,
ltuque, & inſtitutis ejus jecerat,
æ velut excuſando exprobraret.

XII. Iſta ergo monere nos de-
ent, ut interiores tam laudantium
os quàm calumniantium volunta-
s introſpicere conemur.

XIII. Ultimum inter modos,
uibus ab inimicis opprimuntur au-
ci, vim eſſe diximus. Cui tunc præ-
ipue locus eſt, quando, dignitate
el moribus alicujus offenſi, popu-
us vel milites ſeditionem parant.

XIV. Noti ſunt Pariſienſium tu-
multus, quibus, capto ab Anglis

Joanne rege, efferbuit populus; not
fortuna illorum, qui, filio Joanni
patris locum tenente, præcipua munia gerebant.

XV. Paucis abhinc annis Janizariorum ſeditiones imperatoribus Turcicis præcipuæ authoritatis miniſtros eripuêre. Ex hiſtoriis antiquioribus tempora imperatoris Arcadii aliquod exempla ſuppeditant. Principi illi, à latere & inter primos carus Ruffinus erat. Qui Stilico offenſus, & exitium meditans, mittit cum copiis Gainam, quaſi auxiliaturum imperatori, re verâ vitam Ruffino erepturum. Quod & factum. Progreſſo enim ad exercitum Ruffino, milites Gainæ, dato ſigno coorti, Ruffinum circumdant & diſcerpunt. Suffecto in locum Ruffini Eutropio, quum perinde primores aulę offendiſſet, eodem Gainâ machinatore Tribigildus ſeditionem movet.

Qui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

qui Aſiam pervolitans, ſpolianſque,
ſo pretio pacem inire negat,
ſtàm, ut Eutropius tolleretur.
quam in legem tandem, Gainâ au-
gante, imperator conſenſit. Nec
hoc ſatis. Idem Gainas, aperte po-
ea Tribigildo junctus, ut reconci-
ari ſe Arcadio pateretur, Aurelia-
num Salurnium, & Joannem Chry-
ſoſtomum, in rebus gerendis tunc
præcipuos viros arbitrio dedi ſuo
poſtulat. Deditos pelli in exilium
juſſit; illis aciem explorandam gla-
dii ſuï dediſſe, contentus.

CAPUT XXXIII.

Nonnunquam crudelis principis ingenium, invidens bene merentibus, inter cauſſas eſt, cur aulicus gratiâ excidat principis. Hæc invidentia quei tractanda?

SÆpenumero aulici, qui præſidiis utcunque ſe munitos putant in ingenium principis vanum, diffidens, invidum, avarum, crudele, aut

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

timidum incidunt;quod ruinam illis inevitabilem reddit. Hi morbi, ceu natura inſiti, prudentiſſimorum etiam hominum circumſpectionem omnem plærumque eludunt. Seneca, apud Neronem quàm plurimum libertati,ſervitio minimum debens, quanquam prudens, & aulicarum artium non incallidus, maliciæ tamen ingenii principalis,velut victus, ad extremum ceſſit. Facundiâ primùm, opibuſque,invidiam incurrit: mox, accedentibus calumniis, gratiâ principis, & vitâ tandem, exutus fuit.

II. Fuit nonnullis diffidentia principum, & invidia adeo formidabilis, ut imminui, cum minori etiam illorum emolumento, quàm cum eorum invidiâ ſupra modum rem facere maluerint.

III. P. Ventidius, M. Antonii invidentiam veritus, cujus auſpiciis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

llum gerebat, Parthos tribus præ-
s ad Mediam uſque repuliſſe con-
ntus, victoriam perſequi noluit.

IV. Idem à Belliſario, imperan-
Juſtiniano, factum, Agathias di-
t, quum perinde metueret, ne ma-
nitudo victoriæ, applauſuſque po-
uli, odia procerum, & mox prin-
ipis, excitarent.

V. Hi quidem tales non recte
rincipis utilitati vel honori ſuo
conſulunt: ſed culpa tamen non tam
n ipſis quàm in dominante eſt. Et
iſtanc ob rem Mecœnas ſuadet Au-
guſto, ne ſiniſtra eventuum miniſtris
imputet, nec proſpera invideat. *Nam,*
inquit, *multi eorum, qui rem publi-
cam tractant, invideri à principe
metuentes, negligentiùs egêre, gloriæ
periculum quàm ſecuritatis, malen-
tes.*

VI. Magis interim illorum ratio
probatur mihi, qui, invidiæ effu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

giendæ cauſſa, quidquid magnorum facinorũ ediderint, principis, quantumvis abſentis, gloriæ adſignant.

VII. Agrippa, gener Auguſti, magna adgredi, peracta principi tribuere ſuadet; factitare id ipſe ſemper ſolitus. Ita Joab, Rabbatham obſidens, quum poſſet expugnare, noluit, priùs quàm David ipſe adventaſſet. Craterus quoque, quum bellum cum Artacenâ componendum eſſet, Alexandri præſentiam præſtolatur. Julius Agricola, ut memorat Tacitus, nunquam in ſuam famam geſtis exultavit, ad authorem & ducem, ut miniſter, fortunam referens.

VIII. Invidentia, æmulatioque iſta, (nam cętera diverſę, effectu heic ſimiles ſunt,) licet morbi, principibus, etiam generoſiſſimis, qualis Philippus & Alexander, communes, & familiares, alios tamen præ aliis efficaciùs afflant.

IX. Theo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

XIX. Theodoſius. II. eo vocabu-
imperator, marium curam, quæ
Conſtantinopolim alluerent, muro
rigendorum, Cyro delegaverat.
Quod ille opus quum ſexaginta die-
bus effectum dediſſet, celeritas hæc
adeo grata fuit populo, ut clamare-
nt undique, ſtructam à Conſtantino
urbem, à Cyro renovatam. Id impe-
ratori auditum tantam invidiam ex-
citavit, ut Cyrus illam expiare indu-
ta cucullâ neceſſe haberet.

XX. Cui cum talibus ingeniis ne-
gotium eſt, is per ignes cineri dolo-
ſo ſuppoſitos ire ſe exiſtimet: ac
proinde magnâ diligentiâ id agat
oportet, quo exploret inclinationes
eorum, ſe contra illas tuendi cauſſa,
vel, ſi ſecus cadat res, conſcienta of-
ficii non omiſſi fruendi.

CAPUT XXXIV.

De gratiâ obtinendâ & munere retinendo apud principis ſucceſſorem. Calumniatorum, heic loci obſtantium nobis, genera; eoſque reprimendi dexteritas. Amicus in aulâ verus, rara avis.

INter felices, ac fortunæ veluti pullos, habetur ille meritò, cujus authoritas apud principis, à quo initium habuit, ſucceſſorem eodem in faſtigio manſit. Rarum id in aulis: eo quòd, qui proximus eſſe præſumit in munere ſuo retinendo, dominantibus plærumque ſuſpectus eſt; adeoque hoc loco eminentes, ut adverſentur tali, ſæpicule neceſſe habent. Quæ ſemen odiis internecinis creberrimum præbent.

II. Abſque hoc etiam, habet ſucceſſor principis plærumque ſuos longâ officiorum fide ſibi cognitos miniſtros. Quibus ut aditum faciat ad dignitates, clientes deceſſoris, vel

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

l ſponte ſuâ, vel ſuaſu, ſuccedere
pientium, deiiciet.

III. Sunt tamen nonnulli, quos
l ratio negotiorum, quibus exe-
iendis aptiores ſunt præ aliis, vel
fficium qualecunque, in tantum in-
nuat ſucceſſori principi, ut præter
efunctum principem priorem nihil
mittant.

IV. Macro, ut ſibi Caligulæ pa-
aret gratiam, uxorem Enniam im-
nittit, quę amore juvenem illiceret,
pactoque matrimonio vinciret. I-
dem Tiberium morientem oppri-
mi multæ veſtis injectu jubet. Tac.
lib. 6. Arbetionem Julianus impe-
rator, quanquam ſuperbiâ turbido-
que ingenio inviſum, neceſſarium
tamen credens, retinuit. Eumdem-
que pòſt Valentinianus accivit, ut
Procopio opponeret.

V. Oſtendimus hactenus, quæ
vitanda ſint aulico, qui gratiâ prin-
cipis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

cipis frui volet. Caput conſiliorum, quæ dari aulico heic poſſunt, omnium eſt, modeſtia erga principem; metiendo ſeſe non in ſe ipſo, neque ſe ſibi comparando; non, inquam, fortunæ modulo, ſed officii ſui, ſemper metiendo ſeſe; nihil jactabunde, nihil irreverenter agendo: invidiam quoque, quantum fieri poteſt, fugiendo; adeo formidatam multis, etiam grandibus viris, ut nonnulli ſimulatâ inertiâ, alii literarum amplectentes ſtudia, ſe à reipublicæ negotiis alienos oſtenderint: quorum alterum de Domitiano, alterum de Galbâ, hiſtorici narrant.

VI. Inprimis quoque laudationes illas malevolorum, de quibus jam diximus, calumniaſque, cum curâ tramittendo.

VII. Qui calumniantur nos, vel dicent, deeſſe nobis quidpiam eorum quæ ad bene principi ſerviendum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

n requirantur, vel, aliquid per-
am, animoque offendendi, di-
xiſe, vel denique, facto læſiſſe a-
lin, contendent.

VIII. Delictum, quod nobis
iicitur, vel excuſandum, vel e-
endandum, vel aliarum virtutum
eribus expiandum eſt. Adhæc,
m ſermones, quàm actiones om-
s, ita moderandæ ſunt, ne ſiniſtris
terpretationibus obnoxiæ fiant.
oque aliorum animus, priùs quàm
tegamus noſtrum, ſemper ſcru-
ndus. Quodſi per incuriam aliquid
xciderit quod offendere poſſit, ani-
num offendendi loquentibus no-
is nullum fuiſſe, officio aliquo, vel
nterpretatione per alios ſermones
njectâ, oſtendemus.

IX. Si, delatos nos per calum-
niam, cognoverimus, conſultiſſi-
mum fuerit, quàm minimùm rece-
dere ab eo, apud quem delati fue-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

rimus. Nam, præterquam quòd affectus erga abſentes cum tempore frigeſcit, calumnia quoque, niſi veritatis ope mature repellatur, faciliùs locum invenit: quæ vice verſa, injectâ, quàm primùm fieri poteſt, dubitatione, mox flaccet; morâ verò, & nemine affirmationibus delatoris contradicente, roborata, radices agit in animo principis; quem eò ſæpe impellit, ut oderit accuſatum, priùs quam in crimen inquiſiverit.

X. Qui ergo recte ſibi conſultum volet, amicum unum pluresve comparabit ſibi, qui abſentem ipſum adverſus calumniæ inſultus tueantur: viros inprimis honoratos, & quorum defenſioni non minùs quàm aliorum calumniis aures pateant principis. Fateor, talium amicorum in aulis ſterilem admodum proventum eſſe: ubi, premere ſodalem, aut

permit-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

mittere ut prematur, pæne inter
nes eſt uſitatum. Sed contingit
men interdum, ut ſit, qui, vel ac-
ptis beneficiis à nobis, vel nos o-
gandi cupiditate, vel denique o-
o erga accuſatorem, ad id offi-
um impellatur.

CAPUT XXXV.

ſtentatio gratiæ principalis quantopere fugienda aulico. Comitatus, & modeſtia aulica. Clientium ratio, & amicorum.

OStentationem gratiæ principalis aulicus non tantùm ideo fu-
riet, ut ſociorum, (de quo cap. 19.
diximus,) ſed ut etiam principis in-
vidiam evitet.

II. Quum nuper proceres Hiſpa-
ni, regnante Philippo. II. cardina-
lem Spinoſam ſubrutum irent, vide
quo eum cuniculo aggreſſi ſint. O-
mnes ei ſubmittunt ſuos faſces, om-
nes in illo, cardinem fortunæ ſuæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

volvi fingunt: principis quoque miniſtri domeſtici ſe promptos ad illius nutus offerunt. Ubi hoc intellectum à rege, remotus ab aulâ eſt; & intra biennium corruit, quantumcunque erat quod ſibi potentiæ faſtigium extruxerat.

III. Diſcat ergo aulicus, parvo comitatu contentus ſtatum tenere ſuum, & infra dignitatem, quâ honoratus eſt à principe, ſemper ſubſiſtat, & humiliùs, quàm ea requirat, ſemper gerat ſeſe, modum verò nunquam tranſgrediatur. Intempeſtivum eſt, minuere comitatum vergente fortunâ modo. Nihil profuit Senecæ, perditâ Neronis gratiâ, in privatum larem, & altitudinem ſtudiorum ſeſe condidiſſe, ac valetudinis obtentu aditum præcluſiſſe ſalutatoribus. Nec Agricolam juvit, noctu, parvoque comitatu, urbem ſubiiſſe.

IV. Tem-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

IV. Tempeſtive ſe componere
modeſtiam oportet.
V. Quanquam autem magnâ ſe-
torum comitumve turbâ circum-
epi te nolimus; non negliges ta-
en, quàmplurimos facere clien-
s, non qui pompæ inſerviant tuæ,
d qui caſum, ſiquid ſequiùs contin-
at tibi, reparent, vel ſolentur.
VI. Tametſi enim ſiniſtra fortu-
a paucos hujuſmodi tales amicos
eperit, reperit tamen plærumque a-
iquos, qui, ſi non amiciciæ, certe
ommodi ſui cauſſa, ea, quæ ad for-
unæ tuæ conſervationem tendunt,
ob oculos habent.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

CAPUT XXXVI.

Adverſæ fortunæ ſolatia. Beneficia princip[i] caute diſpenſanda: gratia illius non nimium dividenda cum aliis. Quo pacto pr[o] aliis intercedendum? Gratia non ambi[tioſe] tioſe oſtentanda. Principum liberrimum in agendo arbitrium. Mandata ipſiu[s] quei expedienda? Principi apparendi ratio. Offenſus à principe, apud nos quiritans, uti tractandus nobis? Famulicium aulicum. Sapientiæ aulicæ præcipuum officium, quodnam?

VErùm, ut magnum adverſæ fortunæ ſolatium eſt, proſperam antè cum multis communicaſſe, & favore principis ad ſublevandos alios uſum eſſe: ita admonendus eſt aulicus quoque, ut iſta beneficia caute diſpenſet. Certum eſt enim, quidquid noſtro rogatu contulerit in alium princeps, magnam partem nobis imputaturum. Proinde gratia ejus, niſi prægrandis ſit erga nos, non nimiùm dividenda eſt in alios: raroque

e admodum alii, qui principi non
it quodammodo cogniti, apud
um commendandi. Horatii illud
obſervandum:

Qualem commendes, etiam atque
etiam adſpice: ne mox
Incutiant aliena tibi peccata pu-
dorem.

II. Id autem, quod à principe exo-
are cupimus, poſtulatum juſtum ſit,
& tempori accommodatum, con-
jūctum item cum dignitate & emo-
lumento principis, & quod ab aliis
compluribus obtentum noverimus.
Si annuit princeps, oſtendemus, ma-
gni nos id beneficii loco habere: ſi
renuit, danda maxime opera eſt, ne
offenſos nos ille exiſtimet.

III. Obſervandum quoque heic,
quod etiam antè, cap. 35. num. 1.
monuimus, ne ambitioſe oſtente-
mus gratiam principis, ac ſi illum
noſtris obnoxium imperiis habea-
mus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

mus. quod factitatum quibuſdam male ſucceſſiſſe diximus. Principes, quidquid agunt, ſuo arbitrio, citra adminiculum vel authoritatem aliorum, præcipue ſubditorum, id agere videri cupiunt.

IV. Mandata, ſiquæ ardua dederit princeps, dabimus operam ut ſcripto comprehenſa, &, quantum fieri poteſt, accurratiſſime concepta, habeamus. Difficultates autem, quas inter exequendum occurrere poſſe autumabimus, antè quàm provinciam capiamus, eidem explicare nequaquam omittemus. Si res non apta ſcribi, nobiſque ſecretò demandata ſit, iterum atque iterum coràm iteranda juſſa ſunt, ut & mentem jubentis penitius intelligamus, & authoritatem ille ſuam in iis, quæ facimus, eo minùs diffiteri poſſit.

V. De reliquo, ad quævis principis, etiam viliſſima mandata, promptos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

; nos exhibere debemus. Sępe res
gua magnæ fortunæ locum ape-
Et, principes plærumque man-
a ſua, non gravitate rerum, ſed
gnitudine fortunæ ſuæ, volunt
imari: adeoque non minùs de-
gnatione mandatorum exilium,
àm arduorum, offenduntur.
VI. Quum ſumus penes princi-
m, aſſiduò vigilare oportet, ne ſu-
tariis juſſis obruamur, vel aliud a-
entes deprehendamur. Proinde
mper, quantum licebit, mente an-
vertemus ea quę tractanda incum-
ent, & ad ſingula, quæ agitantur,
nimum præparabimus noſtrum. I-
ſique nec multa apud principem,
nec niſi bene cognita, loquemur.
Quum princeps loquitur, intenti, nec
aliud cogitantes, ſed nec triſtes aut
meditabundi, apparebimus: ne vel
non approbare, vel auditu facili
tranſmittere dicta ejus videamur.

VII. Siquis, à principe offenſus veniat apud nos queſturus fortunam ſuam; dolere nos caſum ejus, teſtabimur, ſilentium patientiamque ſuadendo: ſimul tamen ad bene ſperandum erigemus, elevantes injuriam ipſi factam, principemque excuſantes. Sed circumſpecte tamen cum talibus agendum. Sunt enim, qui læſos ſe ſimulant, ut ſignificationem aliquam ſiniſtræ in principem voluntatis ex nobis eliciant, & ad opprimendos nos occaſionem inveniant. Alii re verâ quidem læſi ſunt, ſæpe tamen imprudentes, affectuque abducti, non tacent quæ illis fide ſecretâ communicabantur.

VIII. Si ea fortuna noſtra eſt, ut famuli alendi ſint, cuſtodire & hos oportet, ne in principem, vel eos qui apud hunc caritate præcipui ſunt, licentiùs loquātur. Famuli culpa enim ſæpenumero in herum transfertur.

IX. In-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

X. Inter præcipua ſapientiæ au- officia illud eſt; Sagaciter odo- poſſe mutatum vel tepeſcentem nos principis affectum. Qualequid ontingat, ceu amoris nodus, le- er id diſſolvendum eſt, neuti- am rumpendum: donec cauſſa utati affectus aboleſcat: ſic enim ditus ad priorem gratiam non- nquam datur; præſertim ſi inju- am non recordari, vel plane nun- uam eam animadvertiſſe videa- ur.

CAPUT XXXVII.

dicium de principalis benevolentiæ ac amoris conſtantiâ & mutationibus. Felicitas inexplicabilis. Aſtrum aulicum.

UT aulicus de conſtantiâ benevolentię erga ſe principalis re- cte judicare poſſit, non ſatis eſt, quòd principis ingenium, ſuorumque tum amicorum, tum inimicorum autho-

ritatem

ritatem ac potentiam, cognoſcat cauſſam inprimis perpendere oportet eum, quæ amorem in ſeſe principis ſuccenderit. Hæc enim ſi ceſſet in nobis, vel in alio reperiatur validior, haud dubie affectus in nos principis vel refrigeſcet penitus, vel ſaltem minuetur.

II. Interdum difficile eſt, quæ cauſſa ſit cur ameris, divinare: &, ut Auſonius ait, eſt hæc ſæpe felicitas, cujus rationem reddere non poſſumus. Ordinarie tamen amor ille principum oritur vel ex ſimilitudine quadam ingenii, vel ex gratiâ morum, vel ex præſtitis officiis, vel aliâ virtute & aptitudine voluntati eorum morigerandi.

III. Amor, quem externa illa morum vel gratia vel ſimilitudo producit, quanquam firmiſſimus videtur, omnium tamen citiſſime exoleſcit: tum, quoniam hominis ingenium,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

m, uti diximus, pro ætate, & ne-
iorum intervenientium varieta-
mutatur: tum etiam, quia rarum
, duos tam ſimilibus ingeniis in-
iri quæ nullâ in re differant: ſæpe
am, quod diverſum habent, vali-
us eſt ad diſcordiam, quàm ad
ncordiam ea quæ ſimilia habent.
IV. Aliquos tamen aſtrum ne-
io quod inuſitato quodam modo
a principi attemperat, ut ab hujus
oribus haud facile ullâ in re diſce-
ant. Atque hi ſunt, non diffiteor,
ui bonorum uberrimam meſſem
pud principes ante omnes alios
netunt, præſertim ſi ſcite ſervire
empori, & ante tempeſtatem lege-
e vela noverint.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 10

CAPUT XXXVIII.

Principum amor in fœminas. Amaſiæ prin-cipum. Beneficia in principes collata, faci invisa. Benemeritorum in aulâ conditi Principum erga illos nonnullorum affe-ctus. Præmiorum conſtituendorum rati in ſuſceptione negotiorum. Amor in e qui principum miniſtrant voluptatibus.

HOc amoris genere principes aliquando proſequuntur fœminas; idque tanto magis, quo illi proniores ſunt in Veneris voluptates.

